

46  
2

# ASSENTATIONES IN DISSERTATIONE JURIS ECCLESIASTICI

DE EO,

*QUOD CIRCA DECIMAS NOVALES IN  
GERMANIA, AC PRÆCIPUE IN DIOCESEI, ET  
TERRITORIO COLONIENSI JUSTUM EST.*

QUAM

SUB PRÆSIDIO  
**PHILIPPI HEDDERICH**

MIN. CONV. PRESBYTERI, S.S. THEOL. DOCTORIS, EMINENTISSIMI  
PRINCIPIS ELECTORIS, ET ARCHIEPISCOPI COLONIENSIS CONSILIARII  
ECCLESIASTICI ACTUALIS, CONSILII ELECTORALIS ACADEMICI ASSES-  
SORIS, S.S. CANONUM IN ELECTORALI ACADEMIA MAXIMILIANEA  
BONNENSI PROFESSORIS P. ET O. ATQUE INCLYTI COLLEGII  
JURIDICI ASSESSORIS

PUBLICÆ ERUDITORUM DISQUISITIONI

**CHRISTIANUS FRANC. WEIDENFELT**  
EX NEUKIRCHEN, PATRIÆ COLONIENSIS JURIUM AUDITOR EMERITUS

AUTHOR ET DEFENDENS

*ANNO MDCCCLXXXII. DIE XII. SEPTEMBRIS*  
*SUBMISIT, CONTENTÆ, AC DETECTÆ*

A

**FULGENTIO DE VERITA.**

---

*SPECIMEN TERTIUM.*


---

**VERCELLIS**  
*MDCCLXXXIII.*

---

Difficile est Satyram non scribere. Nam quis inique  
Tam patiens Urbis, tam ferreus, ut teneat se,  
Caussidici nova cum veniat lectica Mathonis  
Plena ipso.

JUVENALIS *Satyr. I. v. 30.*



## ANTITHESIS XXXVII.

Jam Sirius (a) urit, & capitis secundi secunda sectio sitit. Hauriamus proin aquas, quarum usus notante poeta (b) communis est. Hauriamus autem non putridos, sed vivos, gelidosque liquores, atque oxyus propinemos notam INNOCENTII III. (c) decretalem, inter cætera referentem: Porro cum laicis nulla sit de spiritualibus rebus concedendi vel disponendi attributa facultas, imperialis concessio, quantumcumque generaliter fiat, neminem potest a solutione decimarum eximere, que divina constitutione debentur, nec occasione decimationis antiquæ, licet in feudum concessæ, decimæ sunt novalium usurpandæ, cum in talibus non sit extendenda licentia, sed potius restringenda. Hisce conformiter Concilium Viennense anno MCCLXVII. habitum (d) præcepit, "ut juxta laudabilem consuetudinem Patriæ, decimæ tam antiquæ, quam etiam de novalibus, maiores & minutæ, plenarie persolvantur: nec liceat alicui laico nobili, vel ignobili, sibi decimas, maxime de novalibus, & minutis usurpare; alioquin, si contra fecerit, se ab ingressu Ecclesiæ, usque ad satisfactionem condignam noverit esse suspensum." Similiter & Concilium Colonense anno MCCCX.

A 2

habi-

(a) Aëstivales feriae mihi nunc rursus otium faciunt.

(b) OVIDIUS *Metamorph.* Lib. VI. v. 348. canit:

Rustica turba vetant. Dea sic affata vetantes:

Quid prohibetis aquas? Usus communis aquarum.

Nec solem proprium natura, nec aëra fecit,

Nec tenues undas.

(c) Cap. 25. X. de decimis. Integra decretalis continetur Epistolar: INNOCENTII III. Rom. Pontif. Lib. II. Epist. 242. curante BALUZIO.

(d) CAPIT. VII. apud HARTZHEIM Concil. Germ. Tom. III. pag. 634.

4

habitum (e) definivit " Item statuta & consuetudines a laicis (cujus-  
" cunque status, aut conditionis existant) introducta, seu introductas  
" super eo, quod dicti laici antiquarum decimarum occasione, quas  
" in aliquibus Parochiis, vel largitione Principum, aut donatione  
" aliorum, seu alia de causa percipiunt, decimas Novalium in terris  
" propriis quibuslibet Parochiis obvenientes occupant, attrahunt,  
" vel sibi vendicant, revocamus, & cassamus statuentes, & præci-  
" pientes, ut præfati laici & quicunque alii, ab occupatione, deten-  
" tione, vel usurpatione earundem decimarum novalium, postquam  
" ad agrum Regium pervenerint, seu perveniunt, penitus desistant,  
" & de ablatis satisfaciant tam Nobis, quam Ecclesiis, Ecclesiasticis-  
" que personis, quibus ipsæ decimæ Novalium de jure competere  
" dinoscuntur, easdem decimas Nobis & Ecclesiis, ad quas perti-  
" nent, de cætero possidendas pacifice relinquentes,,. Inde disserta-  
tori (f) concludere placet, laicos, quorum in manibus seculo IX.X.  
& XI. ingens decimarum antiquarum tum variis ipsorum artibus ad-  
quisitarum, tum vi occupatarum erat copia, illis haud contentos,  
decimis quoque novalibus inhiasse, easdem tum occasione decima-  
tionis antiquæ, tum vi juris decimandi sibi aut in feudum concessi,  
aut præscriptione aliove modo adquisiti, tum sub alio verborum, ac  
prætextrum fuso sibi vendicantes. Verum casu, quo laicus ecclesiasti-  
cas decimas antiquas justo titulo, ac legitima concessione obtinuerat,  
num novales jure, vel injuria sibi vendicabat? Evidem cum ple-  
risque canonistis VIVIANUS (g) ratiocinari amat. "Quia concessio  
" decimarum facta laico in feudum, est odiosa. C. cum Apost. de his,  
" quæ si. a Præl. Et quoniam odia sunt restringenda, sicut & favo-  
" res ampliandi. C. odia. de reg. jur. in. 6. Et verba contractus sunt  
" referenda ad tempus initi contractus. L. Rutilia. ff. de contrab. empt.  
" Ideo occasione decimationis antiquæ (licet in feudum decimæ sint  
" concessæ) decimæ novalium non sunt usurpandæ, sed de decimis  
" tantum, quæ tempore infeudationis percipiebantur, talis concessio  
" est intelligenda ,,. Ast res hæc suo ordine recurret, ubi pleniore  
pertractanda manu.

ANTI-

(e) CAP. I. apud laudatum HARTZHEIM Concil. Germ. Tom. IV. pag. 118.

(f) Cap. II. Sct. II. §. 22.

(g) Rational. Jur. Pontif. Lib. III. Tit. XXX. Cap. 25. §. Nec occasione X.  
de decimis.

## ANTITHESIS XXXVIII.

**U**tique idem INNOCENTIUS III. Belvacensi, sive Belovacensi (b) Episcopo rescripts (i) "Cum in quibusdam parochiis ad quas-  
dam Ecclesiæ vel personas Ecclesiasticas ab antiquo pertineat per-  
ceptio decimarum, & de novo fiant novalia in eisdem, quæris a  
nobis, ad quam hujusmodi novalium decima incipiat pertinere?  
Und. inquisit. t. r. respond. quod, cum perceptio decimarum ad  
parochiales Ecclesiæ de jure communi pertineat, decimæ novalium,  
quæ fiunt in parochiis earundem, ad ipsas procul dubio pertinere  
noscuntur, nisi ab his, qui alias percipiunt decimas, rationabilis  
causa ostendatur, per quam appareat, novalium ad eos decimas  
pertinere". Amabo! Quid heic de laicis, qui novalium decimas  
venabantur? Annon purus putus sermo est de ecclesiis, vel perso-  
nis ecclesiasticis, ad quas decimarum perceptio ab antiquo pertinebat?  
Cur autem & his novalium decimæ abjudicantur? Iterum laudatus  
VIVIANUS (k) ratiocinatur. "Quia præscriptio non procedit sine  
possessione, ca. fine. de reg. jur. in 6. Et quoniam ex possessione unius  
rei, non infertur ad possessionem alterius rei diversæ, l. Papinia-  
nus. ff. de minor. ideo per præscriptionem factam decimarum ali-  
quorum prædiorum, quæ colebantur in parochia alterius, non po-  
test inferri ad solutionem decimarum novalium in eadem parochia,  
quorum decimæ nunquam per tales fuerunt possessæ. Ut in text.  
& infra c. prox. Præterea præscriptio est odiosa, c. vigilanti. de  
præscr. & l. fin. C. de annal. except. & quoniam in concessione odio-  
sa, quæ est stricte intelligenda, sub decimis, quæ percipiuntur de  
præsenti, non intelliguntur decimæ, quæ insurgunt de futuro; su-  
pra c. tua. il. 1. Ideo, licet quis præscriperit decimas aliquorum  
prædiorum alicujus parochiæ, non per hoc præscripsit decimas  
aliorum". Num bene, numve male, data meliore opportunitate  
disquiremus.

ANTI-

(b) Belovacensis civitas est in Gallia super Taram sita. Habet ecclesiam ca-  
thedralem divo PETRO dicatam, cuius præfus est Par., & Comes Fran-  
ciae. GONZALEZ TELLEZ in Not. ad Cap. 13. X. de foro compet. lit. a.

(i) Cap. 29. X. de decimis.

(k) Cit. Tit. XXX. Cap. 29. X. de decimis.

## ANTITHESIS XXXIX.

Progreditur dissertator, ac queritur, laicorum exemplum imitatos  
 esse abbates, & religiosos, contra S.S. Canonum instituta in ju-  
 ra episcoporum, decimasque tam novales, quam ordinarias involan-  
 tes. Quo assertum suum probet, primo (l) invocat PASCHALEM II.  
 Victori Bononiensi Episcopo rescribentem (m) "Pervenit ad nos (unde  
 " valde miramur) quod quidam monachi & abbates in Parochia veltra  
 " contra sanctorum Patrum decretora, episcopalia jura & officia sibi  
 " arroganter vendicant: videlicet pœnitentiam, remissionem peccato-  
 " rum, reconciliationem, decimas, & Ecclesias, cum absque proprii  
 " episcopi licentia, vel apostolicæ sedis auctoritate hoc nullatenus  
 " præsumere debeant: sicut in Calcedonensi Concilio, de hujusmodi  
 " a sanctis Patribus cautum est, & sub anathematis vinculo Mona-  
 " chis omnibus prohibitum. Mandamus itaque dilectioni tuae, ut eos  
 " convenias, & ne talia deinceps præsumant, omnino prohibeas,"  
 Miror dissertatorem solo veritatis amore, jurisque dictamine impul-  
 sum jam & cum spectris lucri. Dudum namque eruditissimus BE-  
 RARDUS (n) advertit "Ex collectione Anselmi primum etiam re-  
 " peritur canon 9. cau. 16. qu. 1. tributus Paschali II. ad Victorem  
 " Bononiensem Episcopum scribenti. Verum ex iis, quæ superius  
 " jam dicta sunt, liquet, collectioni Anselmi posteriore manu eun-  
 " dem canonem fuisse adjectum, cum ante Pontificatum Paschalis vi-  
 " ta jam functus fuisset Anselmus. Ego sane affirmare non possum,  
 " jure optimo canonem Paschali adscribi, cum inter edita Paschalis  
 " ejusdem monumenta minime reperiatur, cum praeterea Victoris  
 " Bononiensis Episcopi nomen non adpareat inter monumenta ecclæ-  
 " siastica illius ætatis ". Quid ad hunc articulum dissertator respon-  
 debit?

Is interim secundo invocat URBANUM II. perhibentem: (o)  
 " Sane quia Monachorum quidam Episcopis jus suum auferre con-  
 " tendunt, statuimus, ne in parochialibus Ecclesiis, quas tenent, abs-  
 " que Episcoporum Consilio Presbyteros collocent, sed Episcopi pa-  
 " rochiaæ

(l) Cit. Sent. II. §. 23. pag. 70. lit. a.

(m) CAUSS. XVI. Quæst. 1. Can. 9.

(n) De Gratiani Canon. Part. II. Tom. II. Cap. 86. pag. 465.

(o) Cit. CAUSS. XVI. Quæst. 2. Can. 6. Conferatur BERARDUS de Gra-  
 tiani Canon. Part. I, Cap. 63, pag. 543, & Part. II, Tom. II, Cap. 85, pag. 451,

“rochiæ curam cum Abbatum consensu Sacerdoti committant: ut  
 “eiusmodi Sacerdotes de populi quidem cura Episcopis rationem  
 “reddant, Abbat vero pro rebus temporalibus ad monasterium per-  
 “tinentibus debitam subjectionem exhibeant, & sic sua cuique jura  
 “serventur. In parochialibus Ecclesiis Presbyteri per Episcopos in-  
 “stuantur, qui eis respondeant de animarum cura, & his, quæ ad  
 “Episcopum pertinent „. Quæso quid heic de decimis? Quid de  
 novalibus? Annon potius, monente BALUZIO, (p) heic adnotandum  
 est, huic canoni Claramontano imputandam esse originem juris, quo  
 hodie utuntur Abbates, quoties beneficia vacant, quibus animarum  
 cura imminet, quæque ab eorum monasteriis pendent. Destinant enim  
 virum huic ministerio, quem Episcopo præsentant. Tum vero Epis-  
 copus eum in beneficio instituit, si idoneus repertus fuerit.

Tertio invocat Concilium Romanum anno MCXXII. sub Ca-  
 lixto II. celebratum, de quo Chronicum Cassinate (q) refert: “In  
 “hac Synodo Episcopi adversus Monachos invidia inflammati, cœ-  
 “perunt dicere, nil superesse aliud, nisi ut sublati virgines, & annu-  
 “lis monachis deservirent. Illos enim Ecclesiæ, villas, castra, deci-  
 “mationes, vivorum & mortuorum oblationes detinere. Conversique  
 “ad Pontificem, decidit, ajebant, pudor, canonicorum honestas ob-  
 “literata est, clericorum religio corruit: dum monachi contempto  
 “cælesti desiderio, jura Episcoporum insatiabiliter ambient, & om-  
 “nes, quæ sua sunt, quærunt: & qui mundum cum suis concu-  
 “piscentiis reliquerant, his, quæ mundi sunt, inhiare non desinunt.  
 “Et quibus per B. Benedictum ultro quiescendi locus offertur, ad  
 “Episcoporum jura rapienda, die, noctuque occupantur. Et cum  
 “variæ ingenii hinc inde essent prolatae sententiae tandem ex jussio-  
 “ne Abbatis unus ex nostris surgens in medium, dixit: Congregati  
 “sunt inimici nostri, & gloriantur in virtute sua. Sed tu Deus no-  
 “ster contere virtutem eorum, ut cognoscant, quia non est alias,  
 “qui pugnet pro nobis, nisi tu Deus noster. Nam quid acturi sint  
 “fratres Casini degentes, qui die, noctuque omnipotentis Dei cle-  
 “mentiam pro totius mundi salute implorare & exorare non desi-  
 “nunt „. Ast annon teste eodem chronico (r) etiam quidam Ligu-  
 “riae

(p) In Notis ad Petrum de Marca de concordia Sacerdot. & Imp. Lib. VI. Cap. 31.

(q) Apud BINIUM Concil. Tom. III. Part. II, pag. 468.

(r) Ibidem.

■ ■ ■ ■ ■

“riæ Episcopus dixit: Licet Episcoporum religiositas conquesta con-  
“tra Monachos fuerit: non tamen sine causa prædecessores nostri  
“monasteria diraverunt. A principio namque surgentis Ecclesiæ, duos  
“ordines cœpisse notissimum est: unum qui laboret in verbo, &  
“doctrina: alterum qui vacaret orationi: unum qui activæ, alterum,  
“qui contemplativæ vitæ deserviret. Unde non immerito nos potius  
“diligere monachos, quam insequi convenit „. Annon insimul ipfus  
Pontifex imperato silentio dixit: “Casinensis Ecclesia non ab homi-  
“nibus neque per hominem, sed per Jesum Christum fundata est:  
“cujus Imperio Benedictus Pater locum, prius idolis deditum, pur-  
“gans, sanctæ descriptione regulæ, miraculorumque prodigiis, &  
“sua corporali requie orbi spectabilem reddidit, totiusque monastici  
“ordinis caput esse constituit. Accedit, quod idem venerabilis locus  
“a Romanis Pontificibus instauratus, Romanæ Ecclesiæ filiorum &  
“in adversis solatium, & in prosperis tuta requies perstat. Et nos  
“igitur sanctorum Prædecessorum nostrorum vestigia secuti, Casi-  
“nense cœnobium ab omni mortalium jugo, quietum semper ac li-  
“berum manere, & sub solius sanctæ Romanæ Ecclesiæ defensione  
“perpetuo manere decernimus. Cætera vero monasteria, in quo or-  
“dine antiquitus constructa sunt, manere jubemus „. Quid itaque  
heic de decimis novalibus actum est?

Demum invocat divum BERNARDUM, quem graviter in  
monachos invehit jaætitat. Qui igitur? Sic sanctus pater termocina-  
tur (s) “Pauci admodum sunt, qui non, quæ sua sunt, querant, ex  
“omnibus charis ejus. Diligunt munera, nec possunt pariter diligere  
“Christum, quia manus dederunt mammonæ. Intuere, quomodo  
“incedunt nitidi & ornati, circumambiæ varietatibus, tanquam spon-  
“sa procedens de thalamo suo: nonne si quempiam talium repente  
“eminus procedentem aspiceris, sponsam potius putabis quam spon-  
“sa custodem? Unde vero hanc illis exuberare existimas rerum af-  
“fluentiam, vestium splendorem, mensarum luxuriem, congeriem  
“vasorum argenteorum & aureorum, nisi de bonis sponsæ? Inde  
“est, quod illa pauper & inops, & nuda relinquitur, facie misé-  
“randa, inculta, hispida, exangui. Propter hoc non est, hoc tem-  
“pore ornare sponsam, sed spoliare: non est custodiare, sed perde-  
“re: non est defendere, sed exponere: non est instituere, sed pro-  
“stituere:

(s) SERMON. LXXVII. *super cantica.*

" stituere: non est pascere gregem, sed mactare & devorare. Di-  
 " cente de illa Domino: Qui devorant plebem meum ut cibum pa-  
 " nis: & quia comedenter Jacob, & locum ejus desolaverunt. Et in  
 " alio Propheta: Peccata populi mei comedent, quasi dicat: Pecca-  
 " torum pretia exigunt, & peccantibus debitam solicitudinem non  
 " impendunt. Quam dabis mihi de numero præpositorum, qui non  
 " plus invigilet tubitorum vacuandis marsupiis, quam vitiis extir-  
 " pandis? Ubi qui orando flectat iram, qui prædicet annum placa-  
 " bilem Domino; leviora loquimur, graviora gravius manet judi-  
 " cium. Sine causa tamen vel his vel illis immoratur: quia non au-  
 " diunt nos. Sed & si literis forsitan mandentur ista, quæ dicimus,  
 " dedignabuntur legere: aut si forte legerint, mihi indignabuntur,  
 " quamvis rectius sibi hoc facerent. Propterea relinquamus istos non  
 " inventores sponsæ, sed venditores: & inquiramus potius illos, a  
 " quibus sponsa se inventam loquitur. Et quidem illorum isti sortiti  
 " sunt ministerii locum, sed non zelum. Successores omnes cupiunt  
 " esse, imitatores pauci. O utinam tam vigilis reperirentur ad cu-  
 " ram, quam alacres currunt ad cathedram. Vigilarent utique, soli-  
 " cite servantes ab illis inventam, sibi creditam. Imo vero evigila-  
 " rent pro semetipsis, nec finerent de se dici: Amici mei & proxi-  
 " mi mei adversum me appropinquaverunt & steterunt; Justa om-  
 " nino querimonia: nec ad ullam justius quam ad nostram referen-  
 " da ætatem. Parum est nostris vigilibus, quod non servant nos,  
 " nisi & perdant. Alto quippe demersi oblivionis somno, ad nullum  
 " dominicæ comminationis tonitruum expurgiscuntur, ut vel suum  
 " ipsorum periculum expavescant, inde est, ut non parcant suis,  
 " qui non parcunt sibi, perimentes pariter & pereuntes,. Quid  
 heic de decimis? Quid de novalibus; Ad hæc an Docttor mellifluus  
 solis monachis locutus est? Anve illa, quæ improbravit, in solos re-  
 dundabant monachos? Medius fidius hodie saltim non sic.

## ANTITHESIS XL.

Diploma a LUDOVICO Germaniae Rege anno DCCCLIII, datum  
 (2) ejus est tenoris "Notum esse volumus, quomodo venerabi-  
 lis Abbas Warinus adiit Excellentiam nostram suppliciter orans,  
 " ut nostra munificentia prospiceremus monasteriis illi commissis,

B

" quo-

(2) Apud SCATEN Annal. Paderbornens. Part. I. Lib. II. pag. 141.

" quorum unum est monachorum nova Corbeia nominatum, ubi &  
 " ille primum regulari electione Abbas extitit, & alterum est sancti-  
 " monialium Herifordt dictum, & propriæ Abbatissæ, cuius nomen  
 " Addila, subiectum, sed juxta consuetudinem, quod ancillarum Dei  
 " congregationibus procurari solent præpositi ex ecclesiastico ordine,  
 " jam dicto Abbati commendavimus, ut tam in disciplina Abbatis-  
 " sam juvare, quam in cunctis negotiis, quæ famulæ Christi pro  
 " sexu & professione sua exequi non possent, ipsarum provisor &  
 " patronus existeret. Is ergo petiit celsitudinem nostram recordari,  
 " quod piae memorie genitor noster Hludovicus Imperator ambo  
 " hæc monasteria extrui jussit, ad normam videlicet præcipuorum  
 " in Gallia monasteriorum, novam utique Corbeiam ad similitudi-  
 " nem antique Corbeia. Herifordense vero cœnobium ad exemplum  
 " monasterii Sanctimonialium in Suassionis Civitate existentium, &  
 " ut in elemosinam suam hac totius generis sui institutionem earun-  
 " dem perfectio expleretur, cellam sui juris, quæ vocatur Meppia,  
 " cum decimis & possessionibus undique ad eam pertinentibus; &  
 " ecclesiam Eresburg, quam avus noster Carolus primo extruens in  
 " Saxonia decimis dotavit circumquaque habitantium per duas Saxonias  
 " nicas rastas, præfatus noster genitor ad novam Corbeiam tradidit,  
 " ad Herfordiensis autem monasterii adjumentum dedit in episcopatu-  
 " m quidem Osnabrugensi ecclesiam Bugimthi cum subjectis sibi ecclæ-  
 " siis, in parochia vero mimigerfordensi ecclesiam hreni cum his,  
 " quæ ad eam pertinent ecclæsiis. Ita sane, ut decimarum aliorum  
 " que reddituum proventiones præfatis cederent monasteriis, & ab ip-  
 " sis vicissim procurentur subjectæ plebes in baptimate, in eucha-  
 " ristia, in sepulturis, in confessione peccatorum audienda. Et pres-  
 " byteri, qui principales ex his ecclæsias tenerent, archipresbytero-  
 " rum officio fungerentur ad agenda omnia, quæ solent fieri ab Ar-  
 " chipresbyteris Episcoporum. Quis inde cum dissertatore (u) eruer,  
 " religiosos motu proprio, violenter, ac sine consensu episcopi curæ  
 " animarum se ingessisse, ut titulum quandam ad decimas conseque-  
 " rentur? Quis eruer, abbates, & religiosos, laicorum exemplum imi-  
 " tatos, contra S. S. Canonum instituta in jura episcoporum, decimas  
 " que tam novales, quam ordinarias involasse? Quis ex uno diplomate  
 " generalem regulam æque, ac ex una hirundine ver eruet? Similiter  
 " dum

(u) Cit. §. 23. pag. 70, lit. b.

dum diploma HENRICI IV. anno MLXXVIII. datum perhibet (x)  
 " Episcopi vero scriptis lectis, & intellectis, Osnebruggensem eccle-  
 " siam Adriani Papæ consilio, & consensu a magno & illustri viro  
 " Karolo primitus in provintia Westfala fundaram, & a venerabili  
 " Egilfrido Leodiensi episcopo consecratam, & quia sibi tunc tem-  
 " poris prædia vel alia in illa regione non erant donaria, unde epis-  
 " copus, & clerici ibi Deo militantes sustentarentur, decimis cuncto-  
 " rum infra terminos ejusdem episcopatus degentium, & noviter ad  
 " christianitatem conversorum, consecrationis ejus die, dotatam; &  
 " postea a IV. apostolicorum virorum privilegiis, scilicet Leonis,  
 " Paschalis, Eugenii, & Gregorii stabilitum esse, & omnem homi-  
 " nem eisdem privilegiis ante nos relectis, qui hæc sancta aliquo  
 " modo irritaverit, anathematizatum constare, absque ulla ambigui-  
 " tate didicimus. Ex abbatis autem scripto, quod attulit, nulla re-  
 " gali auctoritate confirmato, juniores Ludeuuicum quandam cellam  
 " Corbejeni ecclesiæ nomine *Meppiam*, Herifurdensi autem ecclesiam  
 " nomine *Bunede* cum decimis sibi pertinentibus in episcopatu Os-  
 " nebruggensi concessisse intellexerimus. Ad hæc infringenda & adni-  
 " hilanda ejusdem junioris Ludeuuici cartam proferebat, in qua idem  
 " Ludeuuicus avi, patrisque sui statuta super eisdem decimis præfa-  
 " tæ Osnabruggeni ecclesiæ stabilivit, & in earundem decimarum  
 " traditionibus quicquam derogasse, ut abbatis scripta referunt, de-  
 " negavit. Abbate autem & Abbatissa propter hoc solum, quod ibi  
 " videbatur ficticium aliquid, quo inniti possent, non habentibus  
 " episcopus plurimorum antecessorum nostrorum regum, & impera-  
 " torum scilicet *Arnolfi*, filiisque ejus *Ludevici*. *Heimici*. primi. trium  
 " *Ottonum* cartas ipsorum manibus roboras & sigillis assignatas, ec-  
 " clesiæque easdem decimas stabiliuentes, praesentavit legendas. Ibi  
 " vero utrorumque sententiis auditis, & subtiliter dijudicatis, archie-  
 " piscopi, episcopi cum omni clero, duces & comites, etiam ipsis  
 " prius faventes, petitionibus episcopo consentire debere, iustitia  
 " exigente, unanimi concordia omnes, affirmabant „ Quis inde cum  
 dissertatore iterum eruet, narratiunculam ex calliditate abbatum  
 confictam, atque Imperatori suppositam fuisse, videlicet, ut deci-  
 " marum, aliorumque reddituum proventiones præfatis cederent monasteriis,  
 & ab ipsis vicissim procurenur subiectæ plebes in baptimate, in Eucharistia,

B 2

in

(x) Apud D. MOESER Osnabrückischer Geschichte Th. II. Urkunde XXX.  
Bl. 31.

*in sepulturis, in confessione peccatorum audienda? An diploma ita cantat? Annon potius cantat, scriptum, quod abbas atrulit, nulla regia auctoritate confirmatum fuisse? Annon porro cantat, episcopum plurimorum antecessorum Regum, atque Imperatorum cartas, ipsorum manibus roboras, & sigillis signatas, praesentasse? Ad hæc, an abbas novæ Corbeiæ omnes Germaniæ abbates repræsentavit, omniumque nomine suppliciter oravit? Anve obrulit, ac pro ratione adduxit, se velle procurare subiectas plebes in baptismate, in eucharistia, in sepulturis, in confessione peccatorum audienda. Falsissima proin est narratiuncula dissertatoris, si superis placet, non quodam assentationis, aut novitatis studio, sed solo veritatis amore, jurisque dictamine impulsæ.*

## ANTITHESIS XLI.

**E**quidem historia, testis, ut TULLIUS (*y*) vocat, temporum, lux veritatis, vita memoriae, magistra viræ, nuncia vetustatis, sat comprobatur, pios laicos mirum quantum stimulatos fuisse, ut decimas, aliaque bona in Monasteriorum fundationes, & dotariones præcipue per testamenta conferrent, adeo, ut ceu VAN ESPEN (*z*) notat, vix ullum reperias monasterium, quod non aliqua, ut minus, ex parte per hujusmodi laicorum largitionem fundatum, atque dotatum sit. At num laici monasteriis haud alias concederunt decimas, quam quas non justo titulo obtinuerant, sed episcopis, parochisque ademerant, hucusque usurparant, & sacris canonibus pressi diutius retinere nolebant? Quis dixerit, nisi historicus mendax?

## ANTITHESIS XLII.

**D**issertator monachis stomachari pergit, subnotans (*a*) religiosos provocasse ad quandam divi HIERONYMI. Epistolam a GRATIANO (*b*) relatam, & quidem coram INNOCENTIO III. (*c*) quin tamen

(*y*) *De Oratore Lib. II. Cap. 19.*

(*z*) *Jur. Eccles. Univ. Part. II. Tit. XXXIII. Cap. 5. num. 17.*

(*a*) *Cit. §. 23. pag. 72. lit. b.*

(*b*) *CAUSS. XVI. Quæst. I. Can. 68.*

(*c*) *Cap. 7. X. de his, quæ fiunt a prælat. & in ipsis Epistol. INNOCENTII III. Lib. I. Epist. 313. curante BALUZIO. Scripta est hæc epistola Non. Julii anno Pontificatus primo, qui incidit in annum MCXCVIII. BOEHMER in Not. ad cit. Cap. 7. num. 60.*

tamen Pontifex epistolæ falsitatem detegeret. Quinam autem religio-  
 si ad falsam epistolam provocabant? Annon nominante ipso Pontifi-  
 ce monachi de Pratea (d)? An communem omnium religiosorum,  
 anve potius propriam caussam contra capitulum Sancti Stephani, &  
 capitulum de Salis perorabant? An ipsimet falsam epistolam fabrica-  
 runt? Ast annon decretum GRATIANI tum temporis (e) modo in  
 lucem emissum erat? An falsitatem subolere poterant, Ast qua na-  
 rium virtute? Annon ergo optima fide GRATIANI Decreto inniti  
 valebant, æque ac ipsus Pontifex, non ex cathedra loquens, nec ar-  
 ticulum fidei, sed privatam caussam definiens? Salva proin auctori-  
 tate summi Pontificis juvat apponere hæc BERARDI (f) verba  
 "Gravissima non desunt rationum momenta, quibus demonstretur,  
 "verba a Gratiano relata Hieronymi revera esse non posse: Quo-  
 "ties enim ea sententia consideretur, facile ad incertum quendam  
 "auctorem noni aut decimi sæculi referetur. Dicitur ibidem, Eccle-  
 "siasticos redditus ac præsertim decimas a laicis detineri non posse,  
 "sed viris Ecclesiasticis esse restituendas, aut saltem monachis, quo-  
 "rum usibus dicitur non injuria posse addici. Quis hinc non agnos-  
 "cat, quod circa seculum Ecclesiæ decimum recipi primum potuit  
 "in gratiam monachorum, & ad avertendam laicorum quorundam  
 "perfidiam, qui non tantum jura decimarum clericis denegabant,  
 "sed in suos usus transferebant? Animadvertisunt ad hanc rem viri  
 "eruditæ, temporibus Hieronymi nondum fuisse receptas in Ecclesia  
 "ordinarias decimarum præstandarum obligationes, licet laudabilis  
 "jam esset decimarum præstandarum ab aliquibus consuetudo; quem-  
 "admodum facile deducitur ex Augustino in Sermone 3. in psalmum  
 "103. & in enarratione psalmi 146. Unde non absimili ratione Verli-  
 "nus & Vindingus non dubitaverunt, apocryphum dicere sermonem  
 "de

(d) Pratea est monasterium Ordinis Cisterciensis in Diœcesi Bituricensi, sex  
 leuis distans ab Avarico fundatum MCXLV. GONZALEZ TELLEZ  
 in Not. ad cit. Cap. 7. lit. d.

(e) Certum enim est, hoc Decretorum opus non modo ante INNOCEN-  
 TII III. sed & ante ALEXANDRI III. Pontificatum in manus homi-  
 num venisse, DOUJAT Prænotion. Canon. Lib. IV. Cap. 3. num. 4.  
 Secundum communem sententiam editum est anno MCLI. DOUJAT  
 cit. num. 4. & BOEHMER in Dissertat. de varia decreti Gratiani fortuna  
 §. IX. Dissertatio hæcce præmissa est Corpori juris Canonici Tom. I.

(f) De Gratiani Canon. Part. III. Cap. 13. Sect. 3. pag. 190.

" de reddendis decimis Augustino eidem adscriptum, atque in hanc  
 " ipsam opinionem iverunt Parisienses operum Augustini revisores.  
 " Hinc adparet, Hieronymum non adeo adversus quosdam acri stylo  
 " scribere potuisse, quod legimus in memorato can. 68., non posse  
 " decimas Clericis debitas ad laicos derivari, protestantibus hoc divinis  
 " auctoritatibus paternorum canonum. Sæculo primum septimo, aut octa-  
 " vo decimæ clericis ex sacrorum canonum definitione, & lata lege  
 " præstari cœperunt, quas deinde nonnullorum Laicorum avaritia,  
 " aut odium adversus Clericos ad sui commoda, utilitatemque de-  
 " torsit: quod cum vergeret in gravissimum Ecclesiasticae disciplinæ  
 " dispendium, imo & in Ecclesiæ injuriam, sæculo decimo & se-  
 " quenti nonnulli editi fuerunt canones, quibus Laici decimarum de-  
 " tentores ad eas restituendas Clericis adigerentur, can. 1. cau. 16.  
 " qu. 7. Exinde acerrimæ suboriri cœperunt inter detentores deci-  
 " marum laicos, & Clericos controversiæ, & jurgia, imo & in con-  
 " ciliis ipsis, in quibus illud negotium agebatur, excitari seditiones,  
 " quales recenset Aymoinus in vita Abbonis Floriacensis Abbatis  
 " cap. 9. ad annum 997. Cum vero circa illam ætatem passim ædifi-  
 " carentur monasteria, & redditibus augerentur, pluribus in locis  
 " lis inter Laicos & Clericos fuit quasi facta transactione finita, qua  
 " nimirum Laici decimarum jura dimitterent, & sic dimissa Mona-  
 " sterioris concessione Ecclesiæ donarentur, cuius transactionis vestigia  
 " manifesta sunt in cap. 19. de decimis, & cap. 2. vers. Sane eo-  
 " dem. tit. in 6. Nemo non videt, quanta hac occasione esse porue-  
 " rit eo tempore Monachorum solertia in hujusmodi decimis susci-  
 " piendis, quibus sane opportunum admodum erat Laicos omnes  
 " hortari, ut jura decimarum viris religiosis, ac regularem vitam  
 " professis sine hæsitatione concederent, quum præsertim morosi  
 " laici essent ex eo, quod Clericos decimas postulantes crederent di-  
 " vitiis affuentes, & minus accuratos Ecclesiasticae disciplinæ custo-  
 " des. Hinc iidem Monachii & prætextu inopiae Monasteriorum, &  
 " prætextu sanctioris vitæ, quam præ clericis profitebantur, tum de-  
 " mum necessario dandas clericis decimas prædicabant, quando Cle-  
 " rici alias necessariis viræ subsidiis destituerentur; ubi vero opibus  
 " affluerent, satius esse, si decimæ in Monasteria transferentur. Quæ  
 " cum ita sint, gravissimæ subesse videntur conjecturæ, ut ad hac  
 " temporum, & personarum adjuncta referamus laudatum canonem  
 " 6. cau. 1. qu. 2. & canonem 68. cau. 16. qu. 1. Jam idipsum suspic-  
 " catus

" catus est vir eruditissimus Christianus LUPUS, qui in tomo 6. scho-  
 " liorum in canones pag. mihi 90. referens verba ejusdem canonis  
 " 68. ita scribit: *Eandem Epistolam apud Gregorium IX laudat in lite-*  
*ris ad Bituricensis Ecclesiæ Archipresbyterum, & Scholasticum Innocen-*  
*tius III.* (habetur in cap. 7. de his, quæ fiunt a prælatis sine cons.  
 " capit., unde liquet maximam fuisse tunc temporis Gratianei codi-  
 " cis auctoritatem) *Verum pessime adscribitur S. Hieronymo. Omnino*  
 " *enim scripta est longe posterius in gratiam Monachorum. Ejus auctor,*  
 " *ut bos ad decimarum possessionem redderet securiores, cum Juliano Po-*  
*merio docet, divites Clericos ex ipsis non posse sustentari. Nihil sane*  
 " *non moliti fuerunt quorundam Monasteriorum Abbates, ut deci-*  
*mas in Monasteria sua transferrent, quod aliquando adeo Episco-*  
*porum animos concitatavit, ut de illis conquererentur, inter quos lau-*  
*dare possum Iwonem Carnotensem in epist. 192. ita scribentem:*  
 " *Est tamen, in quo abbatibus, & Præpositis Monasteriorum parcendum esse*  
 " *non aestimo, si ab illis, ad quos non pertinent, id est a Laicis, decimas,*  
 " *& oblationes accipient, si inordinate eas, a quibuscumque personis adqui-*  
 " *vant, si terminos transgrediantur antiquos, id est si stipendia Presbyte-*  
*rorum antiquitus instituta minorent, ac sibi usurpent. Imo & summi*  
 " *Pontifices, ut immoderatam illam derivandarum decimarum ratio-*  
 " *nem cohiberent, fibulam quandam apposuerunt, statuentes, ne fine*  
 " *Episcoporum consentione in Monasteria decimæ amplius trans-*  
 " *ferentur „.*

### ANTITHESIS XLIII.

Teste dissertatore (g) hanc usque adeo notam improbitatis, aut avari-  
 " tiae episcopis fraudulenter inurebant monachi, ut sibi viam ad  
 recursum Romanum pararent, ac privilegia recipendi decimas, re-  
 nueniente etiam Episcopo, aucuparentur. An ergo Urbanus II. pariter  
 improbitatis, aut avaritiae notam episcopis inussit, dum statuit (b)  
 " Quæsitum est de episcopis, qui altaria Monasteriis data frequenter  
 " redimi compellebant pecunia: quia quidam Simoniacæ pravitatis  
 " usus in Galliarum partibus jam diutius inolevit, ut Ecclesiæ, vel  
 " decimæ (quæ vulgari vocabulo apud eos altaria nuncupantur) mo-  
 " nasteriis datae, saepius ab episcopis sub palliata avaritia vendantur;  
 " mor-

(g) Cit. §. 23. pag. 72. lit. c.

(h) CAUSS. I. Quæst. 3. Can. 4.

“ mortuis nimirum, seu mutatis Clericis, quos personas (i) vocant.  
 “ Nos auctore Deo venalitatem omnem tam ex rebus, quam ex mi-  
 “ nisteriis Ecclesiasticis propellentes, hoc ulterius fieri auctoritate  
 “ Apostolica prohibemus, sicut etiam Præbendas omnes venundan-  
 “ das interdicimus. Porro quæcunque altaria, vel decimas ab annis  
 “ triginta, & supra, sub hujusmodi redemptione possedisse mona-  
 “ steria noscuntur, quiete deinceps, & sine molestia qualibet eis  
 “ possidenda firmamus ”.

## ANTITHESIS XLIV.

**P**orro dissertator (k) ipsis canonibus probare allaborat, *religiosos*,  
 ac canonicos sub iisdem fere, queis laici, prætextibus, videlicet  
 vel antiquæ possessionis decimarum, vel adquisitionis de manibus lai-  
 corum, ad decimas novalium quoque aspirasse, immo, cum jure  
 non possent, fraudibus quandoque, variisque coloribus novales usur-  
 passe. Quid?

*Tantane vos generis tenuit fiducia vestri? (l)*  
 Annon ex jam supra (m) relato INNOCENTII III. responso clare  
 liquet, non religiosos, vel canonicos, sed Belovacensem Episcopum  
 thetice quæsiisse, ac decisionem petiisse, ad quem novalium decimæ  
 pertinerent, casu quo in quadam parœcia perceptio decimarum cui-  
 dam alii ecclesiae, vel personæ ecclesiasticae competeret, & de novo  
 novalia fierent? An hocce ergo canone probabitur, religiosos, ac  
 canonicos sub iisdem fere, queis laici, prætextibus, nimirum anti-  
 quæ possessionis, vel adquisitionis ad novalium decimas quoque aspi-  
 rasse? Similiter dum ALEXANDER IV. declarat (n) *Nec pro eo,*  
*quod forte in aliquibus parochiis onines majores decimas, seu partem illarum*  
*acqui-*

(i) Prælati monasteriis possessionem ecclesiistarum ea lege concellerunt, ut  
 certa pecunia summa episcopo soluta, Vicarium illis, præficerent, eique  
 vitæ necessaria præstarent; reliquos vero redditus suos facerent. Vicario  
 mortuo, quem personam dixerunt, successor ei sufficiendus erat a mona-  
 chis, pecunia quantitate tamen eadem episcopo soluta, id quod voca-  
 runt altarium redēptiones, laudemiorum instar habitas, quæ in renova-  
 tione investitura solvi solent. BOEHMER in Not. ad cit. Can. 4. num. 47.

(k) Cit. §. 23. pag. 73. lit. a.

(l) VIRGILIUS *Eneid. Lib. I. v. 132.*

(m) *Antithes. XXXVIII.*

(n) CAP. II. §. 6. *de Decimis* in 6.

acquirunt de manibus laicorum, possunt pro eadem, vel simili portione (si  
 de novo postmodum fiant novalia) in eisdem petere, vel percipere novalium  
 decimas eorundem: nisi alia rationabilis, per quam hoc facere valeant, cau-  
 sa subit; an probabitur, religiosos, ac canonicos sub iisdem, quies  
 laici, prætextibus ad novalium decimas aspirasse? An namque con-  
 stat, non episcopos, & parochos, sed religiosos, ac canonicos Alexan-  
 drinae declarationi ansam dedisse? Annon episcopi, & parochi omni  
 possibili modo invigilare, ac pontificiam declarationem sollicitare po-  
 terant, ut religiosos, & canonicos prævenirent? Annon etiam Pon-  
 tifex declarationem sponte, motuque proprio promulgare valebat,  
 ut prævidendis litibus, & discordiis obviam iret? Quis dubitaverit?  
 Nunc & ad CLEMENTEM V. veniamus, qui statuit, (o) "Religious  
 " quicunque, qui novalium aut alias decimas Ecclesiis debitas ad  
 " eos ex aliqua causa legitima non spectantes, appropriare sibi præ-  
 " sumperint, aut exquisitis fraudibus, sive coloribus usurpare: seu  
 " qui de animalibus familiarium & pastorum suorum, vel aliorum  
 " etiam animalia ipsa eorum gregibus immiscentium, seu qui de  
 " animalibus, quæ in fraudem Ecclesiarum in pluribus locis emunt,  
 " emptaque tradunt venditoribus vel aliis ab ipsis tenenda: seu qui  
 " de terris, quas tradunt aliis excolendas, decimam solvi Ecclesiis  
 " non permiserint, aut prohibuerint: nisi post requisitionem per  
 " eos, quorum intererit, super hoc eis factam a præmissis destite-  
 " rent intra mensem, aut si de iis, quæ contra præmissa usurpare  
 " vel retinere præsumperint, intra duos menses damnificatis Eccle-  
 " siis emendam non fecerint competentem: sint, & tam diu ma-  
 " neant ab officiis, administrationibus, & beneficiis suis suspensi,  
 " donec destiterint, & satisfecerint". Quid aliud heic innuitur, at-  
 que indigitatur, quam nonnullos religiosos, qui utpote nec parochi,  
 nec per privilegia Sedis Apostolicæ exempti de jure communi decimas  
 possessionum suarum dare tenebantur, commisissæ fraudes, conjungen-  
 do animalia vicinorum cum suis; ut sub eorum nomine transirent  
 omnia exempta; atque etiam ficte emendo animalia, & sic empta di-  
 mittendo ad venditorem, quibus modis ecclesiæ parochialis privaban-  
 tur decimis, quæ a laicis talium animalium dominis solvendæ essent?  
 Has itaque fraudes Pontifex abrogare voluit. Quid contra de nova-  
 libus statuit? Videat dissertator. Ego nec volam, nec vestigium video.

## C

## ANTI-

(o) CLEMENT, I, de Decimis.

■ ■ ■ ■ ■

## ANTITHESIS XLV.

Quid si parœcia ecclesiæ cathedrali, aut monasterio unita, sive, ut loquuntur, incorporata sit, cui tum debebuntur novalium decimæ? Doctissime VAN ESPEN (p) argumentatur. "Notum est speciali titulo ad Ecclesiæ parochiales spectare ipsas decimas infra limites cujusque parochiæ excrescentes, nec non oblationes a fidelibus fieri solitas. Quin & inter decimas specialiori titulo ad has Ecclesiæ pertinere decimas novales & minutæ expeditum est. Proinde ambigi non potest, quin decimæ, ac noranter novales & minutæ, ipsæque oblationes inter proventus ordinarios Ecclesiæ rum Parochialium sint computandæ, & tamquam earum proveniæ habendi. Igitur Monachi, aliique, qui altaria sive Ecclesiæ Parochiales acceperunt: *In usum eorum, qui innibi Deo serviant, hoc est, quoad temporalia*, & cum omnibus suis proventibus, indubitanter & jus ad decimas omnes etiam novales, & minutæ, atque oblationes acceperunt una cum ipsa Ecclesia. Hinc & uno consensu doceent Canonistæ, quod habentes Ecclesiæ parochiales sibi eo modo *quoad temporalia* incorporatas, & eo titulo jus primitivi Pastoris, habeant fundatam intentionem de jure communi ad decimas notanter novales & minutæ, ad exclusionem omnium aliorum, qui vel ex privilegio, præscriptione, aliove legitimo titulo sub eadem Parochia partem veterum Decimarum percipiunt, nisi ostendant ex rationabili causa, sive titulo novales ad se pertinere, juxta Cap. Cum contingat 29. X. de Decimis. Cum enim Decimæ novales de jure communi specialiter spectare dicantur ad Ecclesiæ Parochiales, consequenter eodem titulo spectant ad illos, qui has Ecclesiæ vi concessionis tenent & possident tanquam proprias cum omnibus suis proventibus, seu juribus temporalibus ad eas Ecclesiæ pertinentibus. Quare & observavit Zypæus Consult. 7. de Decimis n. 6. quod novalia pertinere sint dicenda ad eos, qui habent jus primitivi Pastoris, tamquam in propria Parochia excrescentia, atque ea de causa in his non obtinere dispositionem Cap. 2. de decimis in VI. quod in multis restringit Privilegium de percipientibus novalibus, eo quod duntaxat dictum Capitulum loquatur de per-

---

(p) *Dissertat. de prijs. Altar. & Eccles. Incorp. Cap. II. §. 4. Dissertatio hæc continetur Oper. Omni. Part. IV. pag. 289. Venetiis MDCCCLXIX.*

" perceptione Decimarum ex privilegio, vel privilegio in Parochiis  
 " alienis: ac signanter de concessione Decimarum facta per Laicos.  
 " Similiter Wamesius *Consil.* 440. *num.* 10. respondere non dubita-  
 " vit, Decimas *Novales* pertinere ad eos, qui Ecclesiæ incorporatas  
 " possident, vocanturque *Primitivi Pastores*: eo quod per hanc in-  
 " corporationem eis *universalitas fructuum seu Decimarum Ecclesiæ re-*  
 " *licta sit* „ Idem argumentum ita persequitur (q) „Nullum aliud Vi-  
 " cario, seu curato ad proventus similis incorporatae Ecclesiæ su-  
 " pereft jus, nisi quod a Monasterio, vel Capitulo possit prætendere  
 " portionem congruam, sive competentiam virtute oneris Ecclesi-  
 " rum concessione adjecti, de præficiendis scilicet Ecclesiæ Parochiali  
 " necessariis Ministris, eorumque sustentationi providendi. Dum er-  
 " go Vicarius, sive curatus plenam obtinet competentiam in *re certa*,  
 " integrum jus ad Decimas, etiam *novales* Ecclesiæ Parochialibus  
 " competens, titulo primævæ concessionis & appropriationis manet  
 " ipsis Monasteriis, vel Capitulis salvum. Quemadmodum igitur  
 " Monasterium, vel Capitulum assignando Vicario, vel Curato inte-  
 " gram competentiam in *re certa*, retinet plenum jus ad omnes pro-  
 " ventus & decimas sibi per appropriationem Ecclesiæ in suos usus  
 " concessum: ita quoque integrum illud jus recuperat, & ad ipsa  
 " jure quasi postliminii revertitur, si in vicem partis Decimarum in  
 " portionem congruam assignatae, assignetur integra competentia in  
 " *re certa*. Neque enim post factam concessionem, sive appropria-  
 " tionem Ecclesiæ parochialis quoad temporalia ad nullam Decima-  
 " rum, sive veterum, sive Novalium, manet jus aliquod ipsi Vica-  
 " rio, sed tantum jus ad competentiam. Si igitur pars Decimarum  
 " vel veterum vel novalium Vicario seu Curato fuerit in competen-  
 " tiam assignata, haec pars Decimarum ei non competit, nisi solo  
 " titulo portionis congruae, seu competentiae, vel a Monasterio,  
 " vel Capitulo ei debitæ. Dum igitur in vicem assignatae hujus por-  
 " tionis congruae assignatur competentia in *re certa*, justum est, ut  
 " Decimæ in exsolutionem hujus obligationis sustentandi Vicarium  
 " assignatae ad eos rursus redeant, qui vigore concessionis & Eccle-  
 " siarum incorporationis fundatam habent intentionem titulo *juris*  
 " *universi* ad omnes generaliter Decimas sub onere sustentandi Vi-  
 " carium seu Curatum „

## ANTITHESIS XLVI.

**A**fferit Dissertator (*r*) quod monasteria quoque jus ipsum alienis in terris novales percipiendi sibi comparare allaborarint. Qui probat? Provocat ad ALEXANDRUM III. monachis de Neuclan (*s*) mandantem (*t*), quatenus de prædiis, quæ conduxit in parochiis suis, de quibus consueverunt, nempe fratres sanctæ Crucis, decimas percipere, plenarie solvatis eisdem, vel cum iis amicabiliter componatis. Bone Deus! Quid heic de decimis novalium? Definivit Pontifex, habentes privilegium non solvendi decimas de his prædiis, quæ ab aliis conductunt, sive, ut tum temporis mos loquendi erat, ad firmam sumunt, decimam solvere teneri. Ergo monasteria quoque jus ipsum alienis in terris percipiendi novales sibi comparare allaborarunt. Egregia me Hercle sequela. Provocat dein ad eundem ALEXANDRUM, fratribus Rhemensis ecclesiæ (*u*) rescribentem (*x*): *Licet de benignitate sed Apostolicæ fit vobis indulatum, ut de laboribus, quos propriis manibus vel sumptibus colitis, nemini decimas solvere teneamini: propter hoc tamen non est licitum vobis decimas de terris vestris subtrahere, quas aliis traditis extolendas.* Ergo monasteria quoque jus ipsum alienis in terris novales percipiendi sibi comparare allaborarunt. Verissima mihi omnino consequentia! Provocat porro ad INNOCENTIUM III. monachis Cisterciensis Ordinis, & Hospitalariis Quinqueecclesiensis diœcesis rescribentem (*y*) *"Venerabilis F. N. Quinqueecclesien. Episcopus nobis intimari curavit, quod vos extendentes ad lucra turpia manus vestras multitudinem emitis vinearum, de quibus sibi vel Ecclesiis suæ Diœcesis decimæ solvi solent; quarum vinum licet nequaquam in usus proprios expendatis, sed vendendum ad alias faciatis provincias deportari, decimas tamen sibi, vel ipsis Ecclesiis subtrahitis ex eisdem.* Cum igitur ex hoc Ordini vestro plurimum detrahatur, Universitati vestræ per apost. Scrip. mand. quatenus ab iis de cetero taliter desistatis, quod materia scandali auferatur, & su-

(*r*) *Cit. §. 23. pag. 74. lit. a.*

(*s*) *Potius de Neubothel. Monasterium enim hoc de Neubothel est in regno Scotiæ. GONZALEZ TELLEZ in Not. ad Cap. 8. X. de decimis lit. a.*

(*t*) *Cap. 8. X. de decimis.*

(*u*) *GONZALEZ TELLEZ in Not. ad Cap. II. X. de decimis lit. a.*

(*x*) *Cap. II. X. de decimis.*

(*y*) *Lib. IV, Regest. XVI, Epist. 85. Curante BOSQUETO.*

" per hoc de vobis clamor ad nos ulterius non ascendet. Scientes  
 " nobis esse merito formidandum, ne propter clamores hujusmodi  
 " sacrum Concilium, auctore Domino, in proximo celebrandum pri-  
 " vilegia vestra coarctanda provideat, vel etiam revocanda; cum pri-  
 " vilegium mereatur amittere, qui concessa sibi abutitur libertate.  
 " Datum Laterani XII. Kal. Julii Pont. N. anno XVI. ". Iterum  
 quid heic de novalibus? Cum etiam lectis hisce literis abbates Cister-  
 censis Ordinis in generali Concilio, sive, ut alii (z) legunt, capi-  
 tulo congregati statuerint, (a) "Ne de cætero fratres ipsius ordinis  
 " emant possessiones, de quibus decimæ debeantur Ecclesiis, nisi forte  
 " pro monasteriis noviter fundandis. Et si tales possessiones eis fue-  
 " rint pia fidelium devotione collatae, aut emptæ pro monasteriis de  
 " novo fundandis, committantur aliis excolendæ, a quibus Ecclesiis  
 " decimæ persolvantur. Ne occasione privilegiorum suorum Eccle-  
 " siæ ulterius prægraventur, decernimus, ut de alienis terris, &  
 " amodo acquirendis, etiam si eas propriis manibus aut sumptibus ex-  
 " colunt, decimas persolvant Ecclesiis, quibus ratione prædiorum  
 " antea solvebantur, nisi cum ipsis Ecclesiis aliter duxerint compo-  
 " nendum ". An vel minima novalium fit mentio? Anve de no-  
 valibus conquesti sunt monachi Cluniacenses, quibus teste MABIL-  
 LONIO. (b) magna rei familiaris jaætura ex INNOCENTII III. Ci-  
 sterciensibus decimas ex omnibus, quas habebant, possessionibus re-  
 laxantis liberalitate afferebatur, aut monachi Gigniacenses, qui vici-  
 num sibi Cisterciensium monasterium, Miratorium dictum, susque-  
 deque verterunt? An conquestus est RICHARDUS Cantuariensis  
 Archiepiscopus abbati, & conventui Cisterciensi inter cætera scribens  
 " (c) Quæ est haec injuriosa immunitas, ut exempti sitis a decima-  
 rum solutione, quibus obnoxiae terræ erant, antequam vestrae essent,  
 " ut quæ solutaæ sunt haætenuis, non personarum obtentu, sed ter-  
 " ritorii ratione? Si in vestram possessionem terræ devolutæ sunt,  
 " quare in hoc pericitatur alienum jus, nam ad vos terræ juxta  
 " communem æquitatem cum suo onere transierunt. Ut quid in  
 " alienam injuriam terras & nutrimenta vestra privilegiari facitis,  
 " ut

(z) ANTONIUS AUGUSTINUS *Collett.* IV. Lib. III. Tit. 9. Cap. 7.

(a) *Cap. 34. X. de decimis.*

(b) *In Præfatione. quam recentiori operum S. Bernardi præmisit, §. IV. num.*  
48. Parisiis MDCCXIX.

(c) *Apud PETRUM BLEENSEM Epist. LXXXII.*

“ ut auferatis, quod alienum est? ” Annon potius laudatus RICHARDUS ita finit: “ Si de novalibus tantum, sicut beatæ recordationis Hadrianus Papa constituit, decimas retinetis, nobis in ea re damnum erit tolerabilius, cuius emolumenta non sensimus. Verum juxta Philosophi sententiam, non sine dolore amittitur, quod delectabiliter, & commode possidetur, valete „. Præter has an MABILLONIUS (*d*) adhuc plures episcoporum querimonias de monachis, aut canonicis novales venantibus recensuit? Quis itaque nisi solo veritatis amore, jurisque dictamine impulsus Itomargus inde concludet, monasteria quoque jus ipsum alienis in terris novales perciendi sibi comparare allaborasse?

## ANTITHESIS XLVII.

**M**athematico-Canonicum profecto Dissertatoris (*e*) theorema: *Cum bodie privilegiorum & ratio cesset, & efficacia eviluerit, monasteria iis nequidquam obstantibus ad novales deinceps orituras illi, qui alias jure eas exigendi gaudet, esse obligata facile patet.* Hodie enim monasteria divitiis, bonis, nummis, ac decimis scatent, prout ALEXANDER III. (*f*) jam tum hisce testatus est: *Quando Rom. Ecclesia ordinis vestro privilegia de decimis dederat, ita erant ratæ Abbatiae vestri ordinis, quod exinde nulli poterat de jure scandalum suboriri: sed nunc in tantum augmentatae sunt, ac possessionibus ditatae, quod multi viri Ecclesiastici de vobis apud nos querelam sœpe proponunt.* Hodie ergo ratio cessat. Dic Sodes, An Pontifex de omnibus, quea in toto, qua late patet, terrarum orbe existunt, monasteriis testatus est, an tantum de monasterio Dalonensi (*g*) ordinis Cisterciensis in diœcesi Lemovicensi? An Pontifex dicto monasterio decimas abjudicavit, an non potius consuluit, ut monasterium Dalonense cum monasterio de Ursino super decimis, & aliis, de queis inter illa controversia erat, pacifice convenirent? An itaque Pontifex pronunciavit, cessante ratione cessare & effectum? Absit. Licet namque, ut uno consensu canonistæ docent, ratio cessaverit negative, non tamen cessabat contrarie. Apposite

(*d*) Cit. §. IV.

(*e*) Cit. §. 23. pag. 74.

(*f*) Cap. 9. X. de decimis.

(*g*) Ita legendum docet GONZALEZ TELLEZ in Notis ad cit. cap. 9.  
X. de decimis.

site ad rem ZOESIUS (b) explicat. « Ut si monasterio sit concessum  
 « privilegium non solvendi decimas, propter inopiam ejus tempo-  
 « ris, quod postea factum est dives, & abunde habere cœperit, non  
 « ideo cessabit privilegium. Nam licet causa cessaverit, ut hoc statu,  
 « idem non concederetur, concessum tamen recte conservatur citra  
 « injustitiam, quia multa prohibentur fieri, quæ facta tenent. Quo  
 « spectat, quod tradunt auctores, post jus perfecte acquisitum non  
 « cessare gratiam aut favorem Principis, etiamsi causa cesseret, cum  
 « Princeps non permiserit gratiam sub ea conditione, ut tantum  
 « duret, durante ista causa, sed simpliciter. Oportet inquam, non  
 « cesser causa negative, sed contrarie, id est, ut usus privilegii ra-  
 « tione mutatae materiæ aut circumstantiarum fiat illicitus & injustus,  
 « cum privilegium de re illicita sit nullum, ut etiam, si usus ego  
 « sit factus illicitus, debeat dici nullum, cum eadem sit ratio in con-  
 « servatione, quæ est in concessione: ut locum habeat regula, quod  
 « pervenit ad statum, in quo incipere non posset, in eo remanere  
 « non potest ». Aut forsitan & hodie unanimis Canonistarum con-  
 sensus cessabit? Per me tunc ipsum usque adeo Jus Canonicum  
 cesseret, & non quodam assentationis aut novitatis studio, sed solo ve-  
 ritatis amore, jurisque dictamine impulsus dissertator clueat solus  
 sapiens, solus docens, solus legifer. Tunc quoque jure ter optu-  
 mo maximo docebit, aut mandabit, vim, ac virtutem privilegio-  
 rum monasteriis a Pontificibus concessorum hodie eviliuisse. Ego  
 contra cum sapientibus seculorum nondum illuminatorum & credam  
 & sentiam; *Decet concessum a Principe beneficium esse mansurum*, (i) ni-  
 si vel salva republica diutius subsistere nequeat, (k) vel ex post jus  
 tertii enormiter laedere incipiat (l) vel usus illius ratione mutatae ma-  
 teriæ, vel adjunctorum illicitus, atque injustus fiat, vel in ipsius  
 privilegiati detrimentum cedat (m) Alioquin etiam ex paritate ratio-  
 nis concedendum foret, vim & virtutem privilegiorum cathedrali-  
 bus, & collegiatis ecclesiis, nec non ordinibus Equitum Melitenium,  
 ac Teutonicorum a summis Pontificibus concessorum, æque, ac pri-  
 vilegediorum

(h) In Commentar. in *Jus Canonic.* Lib. V. Tit. 33. num. 33.

(i) Cap. XVI de R. I. in 6. Conferatur Cap. IX. de offic. Et potest. jud. delegat. Et Cap. XXXVI. de Præbend. in 6.

(k) GONZALEZ TELLEZ in Comment. ad Cap. 9. X. de decimis.

(l) VIVIANUS Ration. Jur. Pontif. Lib. III. Tit. 30. Cap. 9.

(m) ENGEL in Colleg. univ. Jur. Canon. Lib. V. Tit. XXXIII. §. 3. num. 20.

vilegiorum cathedralibus, ac collegiatis ecclesiis, monasteriis, aliisque Ordinibus ab Imperatoribus, Regibus, Ducibus, Principibus, Archiepiscopis, atque Episcopis concessorum hodie evanuisse. Aut forte illuminatum seculum nostrum ejusmodi consequentias ardet? Ædepol brevi credidero, cum fieri videam, fieri quæ posse negabam.

## ANTITHESIS XLVIII.

**S**i Dissertator (*n*) ESPENIUM, non ut talpa securus, sed magis cautus ipsum AIMOINUM (*o*) consuluerisset, hæc reperisset verba,  
 " In illis sane diebus, in Monasterio sancti Dionysii haud procul a  
 " Parisiis, concilium aggregatum est quam plurimum Episcoporum.  
 " Qui cum de fidei puritate, de corrigendis tam suis, quam subdi-  
 " torum pravis moribus, sermocinari debuissent, juxta vulgare pro-  
 " verbium, cunctum suum sermonem ad decimas verterunt Eccle-  
 " siarum. Quas laicis, ac Deo servientibus Monachis auferre moli-  
 " ti, resistente eis in hac re hoc venerabili Dei cultore Abbone, pro-  
 " miscuam in se vulgi concitavere manum. Ortaque subito seditione,  
 " tantus in Episcopos timor irruit, ut publica statione relicta, passim  
 " quisque diffugeret. Inter quos Seguinus Senonum Archiepisco-  
 " pus, Primatum Galliae in ea Synodo sibi usurpans, primatum quo-  
 " que fugæ arripuit. Et inter fugiendum, securi inter scapulas ictus,  
 " lutoque a popularibus oblitus, ægre evasit. Uni quoque Episco-  
 " porum timor fugienti tam velocias addidit alas, ut affluenissimo  
 " prandii apparatu, quem sibi extruxerat, relicto, vicinæ urbis Pa-  
 " risiorum mœnia fugitabundus expeteret „. Ex his quis cum dis-  
 fertatore concludere ausit, motus ob decimarum repetitionem in Gal-  
 lia excitatos fuisse, omnesque decimas manibus laicorum extrahi haud  
 potuisse? Annon AIMOINUS disertis verbis memorat; Gallicanos  
 Episcopos laicis, ac DEO servientibus monachis decimas auferre mo-  
 litos fuisse, venerabilem DEI cultorem ABBONEM episcopis resti-  
 tisse. Cum itaque sanctus ABBO restiterit, quis caussam Episcopo-  
 rum extra omnem dubitationis aleam positam fuisse afferet? Ad hæc,  
 an quod in Gallia contigit, ad Germaniam quoque trahendum  
 venit? Sic fingat, qui fingere non vîsa potest.

ANTI-

(*n*) *Cit. Sæt. II. §. 24. pag. 75. lit. a.*

(*o*) *In Vita S. ABBONIS Floriacensis Abbatis & Martyris Cap. IX. apud DUCHESNE Histor. Francor. Scriptor. Tom. IV. pag. 127.*

## ANTITHESIS XLIX.

**M**onachis, canonicisque infensissimus dissertator adstruere (p) non erubescit: *Conductios presbyteros pro lubitu plerumque, prout aliis ad deserviendum minori se pretio offerebat, amovebant Monachi, atque Canonicci, assignantes illis tantillum, ut ne vivere quidem possent congrue, sed in opprobrium status clericalis mendicare tenerentur, ovesque suas frequenter ex defectu sustentationis congruae defererent.* Ast dum INNOCENTIUS III. (q) in Concilio Lateranensi adduxit: *Exstirpandæ consuetudinis viam in quibusdam partibus inolevit, quod scilicet parochialium Ecclesiarum patroni, & alia quedam personæ, proventus ipsarum sibi penitus vendicantes, Presbyteris earundem servitiis deputatis, relinquant adeo exiguum portionem, quod ex ea nequeant congrue sustentari; num de omnibus partibus, ac monachis, canonicisque, & quidem potissimum Germanis intelligendus venit?* Dum idem INNOCENTIUS (r) Bituricensi Archiepiscopo rescripsit *Ad nostram noveris audientiam pervenisse, quod patroni Parochialium Ecclesiarum tuæ diœc. tantum de proventibus sibi retinent earundem, quod Sacerdotes ministrantes in eis non possunt de residuo sustentari.* Propter quod nonnullæ remanent pastoribus destitutæ, eo quod non sunt, qui curam velint recipere earundem; num & mentionem de Germanis canoniciis, ac monachis fecit? Dum a Synodo Olomucensi (s) refertur: *Nonnulli religiosi nostræ Diœcesis, jus Patronatus in Parochialibus Ecclesiis obtinentes, cum prædictæ vacant Ecclesiæ, personas minus idoneas præsentant, iisque certos proventus, appropriatis sibi reliquis, relinquunt, de quibus condigne non valeant sustentari;* num id ad omnes canonicos, monachosque Germanos detorquendum est? Num ergo dissertator a particulari ad universale seu canonice, seu juridice argumentabitur?

## ANTITHESIS L.

**M**era per somnia Dissertator (t) imaginatur, quondam Episcopos jussisse, ut novales ecclesiis parochialibus, aut parochis solverentur, tum ut parochis congruam præberent, tum ut laicos, & monachos,

D

(p) Cit. §. 24. pag. 76. lit. a.

(q) Cap. 30. X. de Prabend.

(r) Lib. III. Regest. XV. Epist. 86. curante BOSQUETO.

(s) CAP. XXVI. apud HARTZHEIM Concil. Germ. Tom. IV. pag. 273.

(t) Cit. §. 24. pag. 78. lit. a.

nachos, canonicosque excluderent. Edic: qui episcopi ita jussérunt? An Germani? Ita, ut dissertator vult, est, atque ita testantur ipsa Conciliorum decreta. Quānam illa? An Concilii Germanici anno MCCXXV. habiti decretum perhibens (u) Cum vicarius ponit debet & potest, perpetuo instituatur, idque assensu & auctoritate Diaconis & Archidiaconi loci illius, nec Episcopus vel Archidiaconus talem instituat, nisi ei de bonis Ecclesiæ coram eo tantum fuerit assignatum, unde iura Episcopi & Archidiaconi possit persolvere, & congruam & sufficientem sustentationem habere. An Concilii Trevirensis anno MCCCX. habiti decretum perhibens (x) Innovando præcipimus, ut per locorum Ordinarios defervientibus in Ecclesiis Parochialibus, & præcipue perpetuis Vicariis competens portio assignetur. An Synodi Coloniensis provincialis anno MDXXXVI. habitæ decretum perhibens (y) Porro decimas potissimum parochis, ac Ecclesiæ ministris deberi non dubium est. Nunc cum illa passim a laicis magna ex parte usurpentur, neque facile ex eorum manibus divelli possint: videndum, num diligentि cobortatione, aut alia via juri consentanea, Parocco, cui Ecclesiæ redditus ad victimum non sufficiunt, hinc aliquid emendicari possit. An jam ipsis Conciliorum decretis probatum est, quondam episcopos Germaniæ jussisse, ut novales ecclesiis parochialibus, aut parochis solverentur, tum quo parochis congruam portionem præberent, tum quo laicos, & monachos, canonicosque excluderent? Nil minus. Proinde dissertator aut alia Conciliorum decreta adsignet, seu ut mendax vapulet. Nos interim meliore fide antestabimur INNOCENTIUM III. (z) quondam argumentatum: Cum perceptio decimarum ad parochiales Ecclesiias de jure communipertineat, decimæ novalium, que sunt in parochiis earundem, ad ipsas prout dubio pertinere noscuntur. Quo enim alio jure novales parochi attribuenda sunt, nisi eodem, quo debentur decimæ ordinariæ? Quoniam autem debentur ordinariæ? Haud jure ab Episcopis Germaniæ condito, sed jure, quod divus HIERONYMUS (a) hisce allegat: Ut autem sciatis, me hoc irascente perfecit, quia fraudasti me parte mea, hortor vos, atque commoneo, ut inferatis decimas in horrea, hoc est, in thesauris templi, & habeant sacerdotes atque Levitæ, qui miti-

(u) CAP. XII. apud HARTZHEIM Concil. Germ. Tom. III. pag. 523.

(x) CAP. XXII. apud HARTZHEIM Concil. Germ. Tom. IV. pag. 134.

(y) PART. VIII. CAP. V. apud HARTZHEIM Concil. Germ. Tom. VI. pag. 291.

(z) Cap. 29. X. de decimis.

(a) CAUSS. XVI. Quæst. I. Can. 65.

ministrant cibos, & probate me, si non tantas pluvias effudero, ut cata-  
ractæ cali apertæ esse credantur. Jure, quod divus AUGUSTINUS (b)  
hisce allegat: Hæc est enim Dei justissima consuetudo, ut, si tu illi deci-  
mam non dederis, tu ad decimam revoceris. Dabis impio militi, quod non  
vis dare Sacerdoti. Benefacere semper Deus paratus est, sed hominum ma-  
litia prohibetur. Decimæ enim ex debito requiruntur, & qui eas dare no-  
luerit, res alienas invaserit. Jure, quod COELESTINUS III. (c) hisce  
allegat: Revera, sicut sancti Patres in suis tradiderunt scripturis, de vino,  
grano, fructibus arborum, pecoribus, hortis, negotiatione, de ipsa etiam  
militia, de venatione, & de omnibus bonis, decimæ sunt ministris Ecclesiæ  
tribuendæ, ita, ut, qui de his eas solvere neglexerint, ecclesiastica districcio-  
ne debeant percelli. Jure, quod INNOCENTIUS III. (d) hisce alle-  
garat: Cum Deo debita sit solutio decimarum, in tantum, ut ad eas Cleri-  
cis exhibendas, quibus eas ipse pro suo cultu concessit, Laici si moniti red-  
dere noluerint, Ecclesiastica sunt districione cogendi. Et cum de cunctis om-  
nino proventibus decimæ sunt reddenda, sicut colonus de parte fructuum,  
quaæ sibi remanet ratione culturæ: sic & dominus de portione, quam per-  
cipit ratione terræ, decimam reddere sine diminutione tenetur. Prætextu  
vero nequitia Clericorum, nequeunt eas, nisi quibus ex mandato divino de-  
bentur, pro suo arbitrio erogare: cum nulli sit licitum aliena cuiquam con-  
cedere præter Domini voluntatem. Eodem ergo jure & novales parocho  
assignandæ veniunt, (e) Sicut enim decimæ novalium sunt prædiales

D 2

(f) ita

(b) Cit. Quæst. I. Can. 66.

(c) Cap. 22. X. de decimis.

(d) Cap. 26. X. eod.

(e) Nullum enim (ita SOELL *de Decimis Novalium Part. II. vum. 120.*)  
summi Pontifices, Concilia, Patres, Authoresve faciunt discriminem inter  
novalium decimas, & antiquas, sed de utrisque eodem modo discurrunt,  
& tradunt, eas simul titulo religionis & justitiae deberi: *religionis* qui-  
dem, quia penduntur Ecclesiæ Ministris in recognitionem divini domi-  
nii, & supremæ excellentiæ. c. tua nobis. &c. c. cum non sit in homine de  
decim. *Justitia* vero, quia solvuntur in sustentationem Ministrorum Ec-  
clesiæ, ex justitia iis debitam; ad Ecclesiam enim pertinet determinare,  
quantum iis tribuendum sit. Cum ergo decimas fructuum determinave-  
rit, hæc ex justitia iis solvenda sunt, sicut ex justitia observandum est  
preium, quod lex civilis, vel Magistratus posuit frumento, & aliis  
mercibus.

(f) ira & perhibente ALEXANDRO III. (g) parochiali ecclesiæ assignandæ. Incongruum namque (ut GREGORIUS Magnus (b) ait, est, unam eandemque ecclesiæ substantiam dupli quodammodo jure censeri. Quid! quod INNOCENTIUS III. (i) diserte usque adeo pronunciarit, eum, qui decimas scilicet ordinarias percipit, de non valibus eas exigere satis posse; quia ubi majus conceditur, minus concessum esse videtur.

## ANTITHESIS LI.

Canones æquis, ut decet, passibus sequuntur canonistæ, non solum Itali, Hispani, Lusitani, verum etiam Galli, Belgæ, & Germani, nominatum ROYE (k) CABASSUTIUS (l) GIBERT (m) FLEURY (n) ROUSSEAUD DE LA COMBE (o) VALLENSIS (p) WAMESIUS (q) ZYPÆUS (r) CANISIUS (s) VAN ESPEN (t) PIRHING (u) LEURENIUS (x) SCHAMBOGEN (y) REIFFENSTUEL (z) SANNIG (a) PICHLER (b) ENGEL (c) FRIDERICH (d) SOELL

(f) Cap. 21. X. de V. S.

(g) Cap. 13. X. de decimis.

(h) CAUSS. XII. Quæst. 2. Can. 29. & Cap. 22. X. de privileg.

(i) Cap. 27. X. de decimis.

(k) Jur. Canon. Institut. Lib. II. Tit. XII. pag. 254.

(l) Jur. Canon. Theor. & Prax. Lib. I. Cap. XVIII. §. 9.

(m) Institut. Ecclesiastiq. Tit. CXLVI, pag. 813. ubi allegat declarationem de anno 1686.

(n) Institut. au Droit Ecclesiastiq. Part. II. Chap. 13. pag. 265.

(o) Recueil de Jurisprudence Voc. Dixmes §. suivant le Droit. pag. 196. ubi plura arresta, five sententias refert.

(p) Paratill. Lib. III. Tit. XXX. §. 9. num. 3.

(q) De Jur. Pont. Cons. CCCXLVI. num. 2.

(r) Consultat. Canon. Lib. III. Consult. 7.

(s) Comment. ad Lib. III. Decretal. Cap. II. num. 2.

(t) Jur. Ecclesiast. Univ. Part. II. Tit. XXXIII. Cap. 6. §. 15. & 20.

(u) Jur. Canon. Method. Tom. III. Lib. III. Tit. XXX. Sect. 5. §. 1. num. 100.

(x) Fori Benefie. Part. I. Sect. III. Cap. 2. Quæst. 472. num. 2.

(y) Lection. Publicar. in Lib. III. Decretal. Tit. XXX. de decim. num. 38.

(z) Jur. Canon. Univ. Tom. III. Lib. III. Tit. XXX. §. 7. num. 148.

(a) Univ. Jur. Canon. Lib. III. Tit. XXX. Cap. 4. num. 3.

(b) Summ. Jurisprud. Sacrae Lib. III. Tit. XXX. §. 2. num. 25.

(c) In Colleg. Univ. Jur. Canon. Lib. III. Tit. XXX. §. 1. num. 7.

(d) Quæst. Canon. de decim. Quæst. VIII. num. 386.

SOELL (e) BARTHÉL (f) AMORT (g) ZECH (h) OBERHAU-  
SER (i), nec non Augustanæ confessioni addictus JUSTUS HEN-  
NINGIUS BOEHMER (k), ejusdemque nepos D. ADOLPHUS LU-  
DOVICUS BOEHMER qui uno ore respondent, sicut decimas or-  
dinarias, ita & novales (l) parocho competere.

## ANTITHESIS LII.

**N**unc ergo collige sarcinulas, atque exi.

*Iam gravis es nobis, & saepe emungeris, exi  
Ocius, & propria. (m)*

Quis enim diutius ferer dissentatorem (n) vociferantem, nullum extare Capitulum, quod parochi cum episcopo de novalibus collisionem, ac controversiam dirimat? Annon Brixensis Episcopus requivit, quid sibi de decimis diœcesis suæ sit statuendum? Dum ALEXANDER III. (o) requirenti respondit, ut si terræ, quæ arabiles sunt, intra certam alicujus Ecclesiæ parochiam fuerint, decimas earum, tua parte retenta, eidem Ecclesiæ facias assignari; annon controversiam, seu quæstionem penitus enodavit? Quod si Pontifex, ut dissertator contra omnem sanam rationem credit, episcopo ulla tenus præjudicare noluisset, quo tunc colore ac fuso jubere potuisset, decimas novarium parochiali Ecclesiæ, retenta tamen episcopi parte, esse assignandas?

(e) *De decimis noval. Part. III. §. 1. num. 266.*

(f) *Opuscul. Tom. II. Opusc. VII. Sæc. VI. §. 1. assert. 2.*

(g) *Element. Jur. Canon. Lib. III. Tit. XXX. §. 38.*

(h) *De Jure Rer. Ecclesiast. Part. Posterior. Sæc. III. Tit. V. §. 64.*

(i) *Prælect. Canon. Lib. III. Tit. 30. §. 21.*

(k) *Institut. Jur. Canon. Lib. III. Tit. XXX. §. 5.*

(l) *De feudo decimarum §. X. lit. e ubi ait "Argumenta a veteri jure epis-  
copali repetita, sufficere non videntur ad impugnandam præsumti.  
" onem pro parochis ex jure communi militantem, nisi, ubi vi obser-  
vantiae & consuetudinis, cuius est in argumento decimarum magna  
vis, episcopis jus circa novales etiam intra fines parochiæ servatum  
esse appareat. Ecquis Episcopis ex jure antiquo vindicaverit jus deci-  
mandi, quod parochis per parochiam jure beneficii, vel aliis jure  
speciali est acquisitum,".*

(m) *JUVENALIS Saty. VI. v. 146.*

(n) *§. 25.*

(o) *Cap. 13. X. de decimis.*

das? Annon porro Belovacensis Episcopus thetice quæsivit, ad quem novalium decimæ pertineant, si novalia fiant in parochiis, in quibus perceptio decimarum ad quasdam ecclesiæ, vel ecclesiasticas perso-  
nas ab antiquo pertinet? Dum itaque INNOCENTIUS III. (p) re-  
spondit, decimas novalium ad ipsas parochiales ecclesiæ, in quibus  
fiant, procul dubio pertinere, an credere fas est, Pontificem epis-  
copo ulla tenus præjudicari noluisse? Annon Pontifex episcopo no-  
vales ipso facto abjudicavit, dum parochiali ecclesiæ eas adjudicavit?

### ANTITHESIS LIII.

**E**quidem laudatus INNOCENTIUS III. expresse addidit: *Nisi ab his, qui alias percipiunt decimas, rationabilis causa ostendatur, per quam appareat, novalium ad eos decimas pertinere.* Idem pariter ab ALEXANDRO IV. (q) hisce repetitum legimus. *Nisi alia rationabili-  
lis, per quam hoc facere valeant, caussa subsit.* Verum an rationabilis  
caussa vere renunciabitur jus episcopi, casu, quo is cum parocho ad  
novales concurrit? Annon potius privilegium de non solvendis de-  
cimis indefinite concessum, de quo INNOCENTIUS III. (r) memo-  
rat “quod si decimarum illarum remissio facta extitit secundum ca-  
“ nonicas sanctiones, prædecessor tuus indefinite decimas Episcopa-  
“ les monasterio remittendo (cum nihil excepit, & potuerit exce-  
“ pisse, ac in beneficiis plenissima sit interpretatio adhibenda, nec  
“ debeat una eademque substantia diverso jure censeri) intellexisse  
videtur, non solum de decimis possessionum illius temporis, sed  
& futuri”. Annon privilegium percipiendarum novalium, quale  
NICOLAUS III. referente CHOPPINO (s) Cluniacensibus mona-  
chis concessit tenoris: *Vobis & fratribus vestris auctoritate praesentium  
indulgemus, ut intra parochias vestras pro ea portione, pro qua veteres de-  
cimas ibi habetis, atque percipitis, de novalibus redactis noviter ad cultu-  
ram, quæ a tempore, cuius non extat memoria, non fuerunt excultæ, de-  
cimas percipere valeatis.* Annon consuetudo, cuius tamen probatio,  
ut SOELL (t) ait, difficillima, & quasi ob tot, & varia requisita im-  
possibilis?

(p) Cap. 29. X. eod.

(q) CAP. II. §. 6. de decimis in 6.

(r) Cap. 22. X. de privileg.

(s) De Sacra Politia Lib. III. Tit. IV. num. 6.

(t) De decim, noval. Part. II. §. 3, num. 241.

possibilis? Annon præscriptio, prout ab ALEXANDRO III. (u) & BONIFACIO VIII. (x) definitum novimus? Annon teste FRIDERICH (y) & SOELL (z) pactum, transactio, sive amicabilis compositio? Rationabilibus porro caussis canonistæ accensent 1.) Si privilegiatus aut præscribens in universum possideat omnia prædia decimabilia, quæ sub parochia sunt, ita quod pastor Ecclesiæ sub eadem sua parochia nullas omnino possideat decimas, neque majores, neque minores: quasi hoc casu propter jus universi præscribenti, seu privilegiato acquisitum, competant jure congrui, sive accessionis omnia, quæ de novo accedunt vel creantur, ratione scilicet juris comprehensi sub illo universo (a) 2.) Si, ut supra (b) modo dictum, probatur, jus decimandi competere monasterio, aut capitulo titulo incorporationis aut appropriationis ipsius Ecclesiæ parochialis. 3.) Si non integer fundus, sed solum aliqua pars agri de novo colatur, quia tunc, qui decimas hucusque collegit ex agro, colliget deinceps etiam ex illius parte recens culta (c) 4.) Si persona ecclesiastica per tempus longissimum aut immemoriale sit in possessione colligendi decimas etiam ex novalibus quibuscumque (d). Nullibi contra vestigium de jure episcopi, qui cum parocho ad novales concurrit.

## ANTITHESIS LIV.

In stat dissertator (e) "Ergone plus valebit privilegium pontificium, " monachis, aliisve, nullum jus, aut titulum ad decimas habentibus concessum, quam antiquissima illa imperialis concessio, ex "qua omnes in Germania decimæ promanarunt, quæque episcopis " nostris tam ordinarias, quam novales in primitiva Episcopatum fundatione, aut subsequente eorum dotatione assignavit?" Quæ, quan-

(u) Cap. 4, § 6. X. de præscriptione.

(x) CAP. I. de præscriptione. in 6.

(y) Quæst. Canonici. de decim. num. 317. § 321.

(z) Cit. §. 3. num. 249.

(a) WAMESIUS de Jur. Pont. Cons. CCCCXLVII. num. 3.

(b) ANTITHES. XLV. Conferatur VAN ESPEN Jur. Ecclesiast. Unio. Part. II. Tit. XXXIII. Cap. 6. §. 19.

(c) ZECH de Jur. Rer. Ecclesiast. Part. Posterior. Sect. III. Tit. 5. §. 64, Conferatur FRIDERICH Quæst. Canon. de decim. num. 387.

(d) ZECH cit. §. 64.

(e) Cit. §. 25, pag. 80, lit. b,

¶¶¶

quantæque chimæræ? Ubi antiquissima illa Imperialis concessio reperienda est, nisi in concavo lunæ, ac novaturientis dissertatoris cerebello? Annon jam supra (f) attulimus Capitulare CAROLI M. perhibens: *Sancitum est de villis novis, & ecclesiis in iis noviter constitutis, ut decimæ de ipsis villis ad easdem ecclesiæ conferantur?* An forte illa est antiquissima Imperialis concessio, quæ episcopis Germaniæ tam ordinarias, quam novales decimas assignavit? Anve antiquissimam illam concessionem exhibet ejusdem CAROLI Capitulare (g) statuens, *ut decimæ populi dividantur in quatuor partes, id est una pars episcopo, altera clericis, tertia pauperibus, quarta ecclesiæ in fabricis applicetur, sicut in Decreto Gelasii Papæ continetur?* An illud solis episcopis omnes decimas tam ordinarias, quam novales assignavit? An Juri Pontificio, seu Decreto insurrexit, derogavitve? Annon potius confirmavit? Ergone haud valebunt pontificia, ac posteriora decrera, dispositiones, ac constitutiones de decimis? Ad hæc si fabula etiam vera foret, num antiquissimæ illi Imperiali concessioni tanta veniret attribuenda vis, atque autoritas, ut ipso rerum statu mutato nequidem immutari vel debuisset, vel potuisset? Ergone hodie dum adhuc æque, ac tempore CAROLI M. decimæ populi in quatuor partes distribuuntur?

*Condito mitis, placidusque telo  
Supplices audi pueros Apollo: (b)*

## ANTITHESIS LV.

**A**udite pariter omnes, sic precor, Musæ, audite dissertatorem (i) ex oraculo dicentem, Ieiusmodi decretales spurio fundamento superstructas in Germania haudquam attendendas esse. Ipse dixit, Phœbas ex tripode? Ast num ita etiam dicunt Galli, Belgæ, & Germani supra (k) allegati? An ullam mentionem de abrogatione Juris Pontificii quoad novalia, aut de contraria consuetudine faciunt? An jus, in quo cottidie versantur, turpissime ignorant, anve dolcissime reticent? An Capitularia Regum Francorum his non innotuerunt? An hos minus, quam hodiernos Germanos tangunt?

An

(f) ANTITHES. VIII. Lit. y.

(g) CAP. XXIII. apud GOLDASTUM *Constitut. Imper.* Tom. III. pag. 158.  
& apud ECCARD *Leg. Francor. Salicar.* pag. 182.

(h) HORATIUS *Carm. Secul.* v. 35.

(i) Cit. §. 25. pag. 80. lit. b.

(k) ANTITHES. LI.

An unus, alterve novator illuminati nostri, ut invita Minerva vocant,  
seculi, magis sapit, quam tot viri eruditissimi? Aut forte abrogatio,  
post secuta, vel consuetudo introducta est? Haud ita placet disser-  
tatori afferenti: (l) *Jus hoc toties ipsis (episcopis) inter alia jura, bona-*  
*que per diplomata Imperatorum non minus, quam Bullas Pontificum con-*  
*firmatum, toties sacris medii ævi Canonibus assertum, atque quieta, ac nun-*  
*quam contradicta a parocbis multorum Seculorum possessione roboratum fuit.*  
Quænam autem hujus assertionis probatio?

In primis invocatur LUDOVICUS PIUS (m) perhibens: « Vir  
venerabilis Meingaz sanctæ Osnabrugensis ecclesiæ episcopus attu-  
lit nobis preceptum domini & genitoris nostri bonæ memoriae,  
CAROLI, serenissimi Augulti, in quo continebatur, qualiter ipse  
Adriani Papæ præcepto & hortatu, & Lullonis Mogontini cæte-  
rorumque plurimorum tunc temporis episcoporum consilio in pro-  
vincia Westfala, loco Osnabraggi vocato, ecclesiam & primam  
omnium in Saxonia ordinavit cathedralm, & quomodo ad stipen-  
dia episcopi, clericorumque ibi Deo militantium, decimas cuncto-  
rum infra terminos ejusdem episcopatus de gentium hominum ec-  
clesiae ex integro retinendas delegavit, & eandem ecclesiam conse-  
crationis ejus die Adriano Papa ita ordinante & jubente, & ipsius  
privilegio roborante, eisdem decimis legaliter ac devote dotavit,  
& terminos ejusdem episcopii diligenti notificatione circumscribi  
præcepit ». Admodum belle! Annon enim CAROLUS M. ADRIA-  
NI Papæ præcepto, & hortatu decimas delegavit? Annon ad stipen-  
dia episcopi, clericorumque ibi DEO militantium, ADRIANO Papa  
ita ordinante, & jubente decimas delegavit? Annon ergo disserta-  
tor irrationaliter infert, quod non ex privilegio Pontificum, sed  
ex munifica regum Francorum, atque Imperatorum concessione jam  
ab antiquis temporibus in ipsa episcopatuum institutione, & dota-  
tione decimas tum ordinarias, tum novales obtinuerint soli Episcopi  
Germaniae, exclusis reliquis clericis in eadem ecclesia DEO militantibus?

Dein invocatur JOANNES XII. (n) Archiepiscopis, Episco-  
pis, Abbatibus, Monachis, Pramatibus, omni Clero, & populo in  
Gallia, Germania, & Bavaria constitutis declarans « Volumus, & per

## E

“ nostræ

(l) §. 26. pag. 81.

(m) Apud D. MOESER Osnabrückische Geschichte Theil I. Urkund III. Bl. 6.

(n) Apud HARTZHEIM Concil. German. Tom. II. pag. 627.

“ nostræ auctoritatis privilegium censemus, ut censum & decima-  
 “ tionem omnium gentium, quas idem piissimus Imperator OTTO  
 “ baptizavit, vel per eum, suumque filium æquivocum Regem, suc-  
 “ cessoresque eorum baptizandæ sunt, ipsi, successoresque eorum,  
 “ Deo annuente, potestatem habeant, distribuendi, subdendi Mage-  
 “ daburgensi, Mersburgensi, vel cuique velint, futuræ Sedi., Ita-  
 “ potestatem concessit, decimas distribuendi, & subdendi Magdebur-  
 “ gensi, Merseburgensi, vel cuique futuræ sedi. Annon ergo disser-  
 “ tor recte scilicet infert, quod non ex privilegio Pontificum, sed ex  
 “ concessione Regum, atque Imperatorum decimas obtinuerint Epis-  
 “ copi Germaniae?

Porro invocatur LEO IX. (o) privilegia Ecclesiæ Coloniensis  
 ita confirmans “ Confirmamus quoque tibi per hanc præceptionis  
 “ nostræ paginam sanctæ & apostolicae Sedis Cancellariaturam, &  
 “ Ecclesiam sancti Joannis Evangelistæ ante portam latinam, ut re-  
 “ Petrus Cancellarium habeat, Joannes hospitium præbeat; concedi-  
 “ mus etiam atque perpetuo largimur, ut majus Altare ecclesiæ  
 “ tuæ Matris Virginis honori dedicatum, & aliud ibidem Apostolo-  
 “ rum Principi B. Petro addictum reverenter ministrando procurent  
 “ septem idonei Cardinales Presbyteri dalmaticis induti, quibus etiam  
 “ cum totidem diaconibus & subdiaconibus ad hoc ministerium pru-  
 “ denter electis, ut sandaliis utantur, concedimus & constituiimus.  
 “ Postea auctoritatem, & honorem, quem ecclesia haec tenus habuit,  
 “ tam inter alios, quam a suis confirmatum clypeo apostolicae pro-  
 “ tectionis, ut, si quando Synodus infra tuam Dioecesin, aut præ-  
 “ sente hujus primæ sedis Archiepiscopo, aut legato ab ejus la-  
 “ tera directo, fuerit aggregata, priorem quidem locum post ipsum  
 “ Rector ejus obtineat, in proferenda Ss. Canonum autoritate prior  
 “ existat, ita tamen, ut sicut est prior in hac probabili dignitate,  
 “ ita etiam polleat prior morum probitate, vitæ honestate, ut cuius  
 “ annuntiaverit verba, ejus imitetur exempla. Regiam consecratio-  
 “ nem infra limites tuæ Dioecesis faciendam potestatis apostolicae  
 “ munimine ei corroboramus. Habendam electionem quoque Ar-  
 “ chiepiscopi secundum auctoritatem Canonicam filiis ecclesiæ san-  
 “ cimus per hanc præceptionis nostræ paginam. Bona autem, que  
 “ usque

(o) Subsidia miscellanea historiam, & jurisprud. Ecclesiæ. Colonensem principi  
 illustrantia Num. III. pag. 15.

usque modo tenuit, vel in æternum cum justitia acquirere potest, hoc apostolico munimine laudamus & corroboramus; videlicet Monasteria & Ecclesiæ Coloniae positas, Monasterium S. Heriberti cum omnibus suis pertinentiis, Ecclesiæ sanctæ Mariæ intra urbem, Ecclesiæ S. Gereonis cum omnibus suis pertinentiis. Cetera vero sacra loca & intra urbem, & circa confirmamus tibi auctoritate Apostolica, monetas urbis, teloneum & omne jus civile sub potestate Archipræfus. Abbatias etiam per diversa loca, villas, vicos, & castella in omnibus suis pertinentiis, servis, ancillis, terris cultis & incultis, equis, pratis, campis, silvis, forestis. Præterea confirmamus ecclesiæ prædia, quæ ipse dedisti, videlicet Monasterium Brauwellare & castrum nomine Zoneburg cum omnibus suis pertinentiis. Quot, quæque inde sequelæ? Pontifex bona, quæ Archiepiscopus Colonensis usque modo tenuit, vel in æternum cum justitia acquirere potest, apostolico munimine laudavit, & corroboravit. Ergo indubium est, decimas quoque ipsas tam ordinarias, quam novales sub ea confirmatione comprehensas fuisse. Ergo non ex privilegio, sed ex munifica Regum Francorum, atque Imperatorum concessione decimas tam ordinarias, quam novales obtinuerant episcopi Germaniae. Ergo jus hoc quieta, & nunquam contradicta a parochis multorum seculorum possessione robatur fuit. Dein Pontifex confirmavit monasteria, & Ecclesiæ Coloniae positas, monasterium S. Heriberti cum omnibus suis pertinentiis, ecclesiæ S. Mariæ intra urbem, & Ecclesiæ S. Gereonis cum omnibus suis pertinentiis! Ergo omnia bona & decimæ tam ordinariæ, quam novales, queis prædicta monasteria, atque ecclesiæ gaudent, ad Archiepiscopum Colonensem pleno jure pertinent. Ergo episcopi Germaniae non ex privilegio Pontificum, sed ex concessione Regum Francorum, atque Imperatorum decimas tam ordinarias quam novales obtinuerunt. Ergo Pontifices omnia Episcoporum bona, possessiones, jura cum omnibus pertinentiis cultis, atque in cultis, acquisitis, arque acquirendis per clausulas omnino latissimas, ne quid omitteretur, confirmarunt. Præterea Pontifex confirmavit Abbatias per diversa loca, villas, vicos, & castella in omnibus suis pertinentiis, servis, ancillis, terris cultis, atque incultis, equis, pratis, silvisque forestis. Ergo Abbatiarum omnia pertinentia, servi, ancillæ, terræ cultæ, atque incultæ, equi, prata, campi, silvæque forestes ad Archiepiscopum Colonensem pleno jure pertinent. Ergo nulla ei obstat

■ ■ ■ ■ ■

obstat præscriptio. Ergo ei via facti procedere fas est. Infallibilis, si philosophis placet, consequentiae.

Non minus invocatur ALEXANDER III. (p) statuens, ut quascunque possessiones, quæcumque bona eadem Ecclesia in præsentiarum iuste & canonice possidet, aut in futurum concessionem Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino poterit adipisci, firma tibi, (Archiepiscopo Coloniensi), zisque successoribus & illibata permaneant. Num ideo Pontifex jus ad novales Episcopis Germaniae non ex privilegio Pontificum, sed ex munifica Regum Francorum atque Imperatorum concessionem competens, toties sacris medii ævi canonibus assertum, ac quies, & nunquam contradicta a parochis multorum seculorum possessione roboratum sub ea confirmatione comprehendisse censendus est? Quis ita somniavit, nisi non quodam assentationis, aut novitatis studio, sed solo veritatis amore, juris dictamine impulsus dissertator?

Similiter invocatur CONRADUS Coloniensis Archiepiscopus (q) declarans; *Quod nos pro amplianda in Dei servitio devotione, & pro remedio animæ nostræ Decimam Novalium in Wichterich tam novatorum, quam novendorum, quæ ex consuetudine antiqua & imperiali auctoritate Juris nostri esse dignoscitur, Canonicis Ecclesiæ Monasteriensis in Eiffia contulimus liberaliter, jure perpetuo possidendum. Cedo! Si decima novalium in Wichterich Archiepiscopo ex consuetudine antiqua, & Imperiali auctoritate competebat, an omnes decimæ, tam ordinariae, quam novales, illi vi ejusdem consuetudinis, atque Imperialis auctoritatis pariter competebant? An omnes decimæ ordinariae & novales omnibus & singulis Germaniae Episcopis vi ejusdem consuetudinis, atque Imperialis auctoritatis competebant? An non ex privilegio Pontificum, sed ex munifica Regum Francorum atque Imperatorum solis Episcopis competebant exclusis reliquis clericis? An solis Episcopis toties sacris medii ævi canonibus assertæ, & quieta multorum seculorum possessione roboratae erant? Probabunturne hæc omnia solo atque uno isto diplomate? Ad hæc antiqua illa consuerudo vel præcessit, vel secura est Imperiale auctoritatem? Demum Imperialis auctoritas confirmavit vel consuetudinem percipiendi decimam novalium in Wichterich, vel percipiendi omnes decimas novalium; vel jus*

(p) Ibid. Num. IV. pag. 18.

(q) Apud ipsum Dissertatorem Append. Num. XIII.

jus Archiepiscopi Coloniensis, vel omnium episcoporum Germaniae?  
Dic heic si, & eris mihi magnus Apollo.

Tandem invocatur ARNOLDUS LUBECENSIS Abbas (r) memorans "Imperator (FRIDERICUS I.) curiam generalem edixit in Geilenhusen, ubi convenit multitudo Episcoporum & Principum. Et procedens in concionem, sic omnibus locutus est: Rogamus vos summos sacerdotes, & Episcopos & Principes, quorum corda justitia possidet, ut animadvertisatis, quae dico. Compertum forte habetis, quantis adversitatibus impetrar a Domino Papa: in quo autem gratiam ipsius diminuerim, ignoro. Unum mihi constat, quod nunquam animum ejus exacerbare studui, nec aliquando contra ejus praeceptum, vel voluntatem aliquid feci. Nihil etiam ab ipso contra jus indecenter exegi: In quibus autem ipse me arguere habuit, non irascendo, vel contradicendo, sed obediendo, & rationem reddendo, decenter ad omnia respondi. Et quoniam in omnibus his innocentia mea mecum est, siccirco non conturbor, sed si placuerit Domino Papæ, me filium habere dilectum & subiectum, ego eum, pro honore & reverentia sanctæ Apostolicæ Sedis, patrem habeo dilectum & reverendum. Si autem ad dejectionem meam, non dico injuste, sed inepte aliqua molitus fuerit, spero, quod divina favente clementia, vestro similiter etiam adjutus consilio & auxilio, intrepidus ei ad omnia respondeam. Hæc pro parte mea dixerim. Pro parte autem vestra, quid sit faciendum, diligenter pensandum est. Dicit enim Dominus Papa, injustum esse, aliquam laicam personam decimas possidere, quas manifeste Dominus his, qui altari deserviunt, deputaverit: quod sicut de scripturis habet auctoritatem, ita eadem auctoritate evacuare contendit. Scimus autem decimas & oblationes a Deo Sacerdotibus & Levitis primitus deputatas. Sed cum tempore christianitatis ab adversariis infestarentur ecclesiæ, easdem decimas præpotentes & nobiles viri ab ecclesiis in beneficio stabili acceperunt, ut ipsi defensores ecclesiarum fierent, quæ per se sua obtinere non valerent. Affirmat etiam injustum esse, quod aliquis in prædiis seu hominibus ecclesiarum advocati sibi usurpet, aut sicut ecclesiæ de libera voluntate five donatione Imperatorum vel Principum fundatae sunt, ita res ecclæsticæ

(r) Chronic. Selavorum Lib. III. Cap. 18. apud LEIBNITIUM Scriptor. Brunsvic. Tom. II. pag. 668.

■ ■ ■ ■ ■

" clesiasticæ a Prælatis tantum libere dispensentur. Et quamvis hæc  
 " pro Prælatis esse videantur, non tamen credo, quod ita facile mu-  
 " tari possint, quæ ex longa antiquitate usus in consuetudinem ver-  
 " tit, imo ipsa consuetudo a progenie in progeniem descendens,  
 " quasi justa traditione roboravit. Hæc de parte vestra dicta suffi-  
 " ciant. Quæro autem a vobis, rectores ecclesiarum, quid inter ista  
 " de vobis mihi sentiendum sit, quid timendum, quidve vel quan-  
 " rum de vestra fidelitate præsumendum? Sed quia a Domino ju-  
 " bemur, reddere, quæ sunt Dei, Deo, & quæ sunt Cæsaris, Cæ-  
 " sari; sic rogo, Domino Papæ in vice Christi debitam per folvaris  
 " obedientiam, ut in parte altera a Deo constitutam non negligatis  
 " justitiam. Ad hæc verba surgens Dominus Moguntinus Conradus, ac-  
 " cepta opportunitate, sic locutus est: Domine, rogamus serenita-  
 " tem vestram, ut paululum verba nostra attendatis. Casus iste, in  
 " quo laborare videmur, gravis est, nec nostrum, inter vos tantas com-  
 " ponere lites. Quia sicut paulo superius dixisti, ex una parte tene-  
 " mur reddere Deo, quæ Dei sunt, ex altera parte, quæ sunt Cæ-  
 " saris, Cæsari. Domino enim Papæ, ut patri spirituali, qui supra  
 " omnes est, justum est ad omnia promptissime obedire; vobis au-  
 " tem, quem Deus Principem & Imperatorem Romani orbis exal-  
 " tavit, cui hominum fecimus, a quo & temporalia possidemus, ad  
 " assequendas omnes justitias vestras jure tenemur assistere. Nunc  
 " ergo sine præjudicio melioris consilii, si placet, scribatur Domino  
 " Papæ, ex persona Episcoporum, in quibus commoneatur, ut ea, quæ  
 " ad pacem sunt, vobiscum sentiat, & justitiam vobis in his, quæ  
 " juste ab eo exiguntur, faciat. Placuit Imperatori & omnibus Epis-  
 " copis, quod dixerat. Et ad voluntatem Imperatoris scripta est  
 " epistola, signata bullis Episcoporum omnium & perlata ad Domi-  
 " num Papam,. Quis quæso inde eruere ausit, episcopos cum  
 Imperatore, & nobilitate Germanica protellatos esse, quod decimas,  
 ab imperatoribus sibi concessas, per Romanorum Pontificum decre-  
 ta adimi haudquam essent passuri; Quisve facili negotio collin-  
 get, decretales illas in favorem parochorum procusas in detrimen-  
 tum episcoporum, vel vasallorum ab ipsis legitime investitorum in  
 Germania nunquam usu receptas fuisse, nec jure recipi potuisse?  
 Quenam tum temporis erat quæstio? Nulla alia, nisi an laici deci-  
 mas possidere queant? Pontifex dicebat, injustum esse, aliquam lai-  
 cam personam decimas possidere. Imperator contra excipiebat deci-  
 mas

mas, quas præpotentes, & nobiles viri ab ecclesiis in beneficio stabili accepere, non esse revocandas. Episcopi concludebant, dominum Papam esse commonendum, ut ea, quæ ad pacem sunt, cum Imperatore sentiat, illique justiam in his, quæ juste exiguntur, faciat? Num igitur Imperator exceptit decimas Episcopis Germaniæ a Regibus Francorum, atque Imperatoribus jam ab antiquis temporibus in ipsa episcopatuum institutione, ac dotatione munifice concessas, toties sacris medii aevi canonibus assertas, & quieta, & nunquam contradicta a parochis multorum seculorum possessione robatas esse? Num exceptit, omnes decimas novalium ad solos Episcopos Germaniæ pleno jure pertinere? Num exceptit, decretales illas in favorem parochorum procusas, quæ tamen, ut supra (s) adnotavimus tum temporis neandum editæ, nec Germaniæ cognitæ erant, in Germania usu nunquam esse recipiendas? Num episcopi conluerunt Dominum Papam commonendum esse, ut decimæ Episcopis Germaniæ a Regibus Francorum, atque Imperatoribus jam tum ab antiquis temporibus munifice concessæ haudquaquam adimerentur, omnes decimæ novalium solis episcopis attribuerentur, & decretales illæ in favorem parochorum procusæ abolerentur. Ad haec qui, quotque de nobilitate Germaniæ protestati epistolam omnium episcoporum bullis signatam pariter subsignarunt? Ædepol ejusmodi libelli, qui sunt pessimi scriptorum, authorumque interpretatores, assentatores, machinatores, mutilatores, interpolatores, corruptores, depravatores, ac mastrupatores justissimam confiscationis pœnam merentur, haud contra, qui illis insurgunt, vanas novitates, stupas heterodoxum fumum vomentes, tragicasque ampullas denudant, ac subdolos scrupos sine ulla ostentatione amoliuntur. Hæc capiat, habearque sibi superciliosus librorum censor.

## ANTITHESIS LVI.

R evertamur ad dissertatorem (t) ex oraculo vel Serapis, vel Pythii Apollinis iterum iterumque dicentem: *Episcopi, ceu liberi bonorum ecclesiasticorum distributores, presbyteris per urbem, rurique dispositis (quorum in locum bodierni subintrarunt pavochi) pro discretione sua congrua subministrarunt sustentationem.* Vere liberrimi bonorum ecclesiasticorum

(s) ANTITHES. XLII, lit. z.  
(t) 6. 27.]

corum distributores, qui, ut supra (u) audivimus, non ex munifica Regum Francorum, arque Imperatorum concessione, sed ex Romanorum Pontificum constitutionibus, ex sacris conciliorum canonibus, ex Regum Francorum, arque Imperatorum capitularibus decimas summa diligentia ita dispensare habebant, ut quatuor fierent portiones, quarum una esset episcopo, altera clericis, tertia pauperibus, ac quarta fabricis ecclesiae assignanda. Liberrimi bonorum ecclesiasticorum distributores, queis non licebat res mobiles aut immobiles de subiectis plebibus, aliquique piis locis in proprio usu habere, ne maiores enormiter locupletentur, & minores tali facto pauperes inventantur. Liberrimi bonorum ecclesiasticorum distributores, qui decimas omnibus juste distribuere tenebantur, ne alii sacerdotes haberent, alii vero detrimentum paterentur. Liberrimi bonorum ecclesiasticorum distributores, qui decimis de villis novis, atque ecclesiis in illis noviter constitutis haud fruebantur.

## ANTITHESIS LVII.

Quod si etiam gratis dederimus, episcopos olim liberos bonorum ecclesiasticorum distributores fuisse, haudquaquam tamen inde inferre licet, hodie omnes decimas ad episcopos pertinere, parochisque non nisi portionem congruam competere. Alioquin recte paritor quis argumentabitur: Sicut olim, & tempore medii aevi non nisi una decimarum quarta episcopis assignata fuit, ita & hodie una tantummodo quarta assignanda venit. Disparitatem dare conatur dissertator (x) ex Conciliorum canonibus. Audiamus ergo, & videamus canones. Concilium Lateranense IV. anno MCCXV. habitum (y) refert. "Extirpandæ consuetudinis vitium, in quibusdam parti- "bus inolevit, quod scilicet patroni ecclesiarum parochialium, vel "aliae quaedam personæ proventus ipsarum sibi penitus vendicantes, "presbyteris earundem servitiis deputatis relinquunt adeo exiguum "portionem, ut ex ea congrue nequeant sustentari. Nam, ut pro "certo didicimus, in quibusdam regionibus parochiales presbyteri pro

(u) ANTITH. XXXII. & LIV.

(x) Cil. §. 27. pag. 85. ibique lit. c.

(y) CAN. XXXII. apud BINIUM Concil. Tom. III. Part. II. pag. 689. & CABASSUTIUM Notit. Ecclesiast. pag. 509. Bambergz. MDCCLIV.  
Jungatur Cap. 30. X. de præbend.

45

“ pro sua sustentatione non obtinent, nisi quartam quartæ, id est,  
“ sextam decimam decimarum. Unde fit, ut in his regionibus pene  
“ nullus inveniatur sacerdos parochialis, qui vel modicam habeat peri-  
“ tiam literarum. Cuin igitur os bovis alligari non debeat triturantis,  
“ fed qui altari servit, vivere debeat de altari; statuimus, ut consue-  
“ tudine qualibet episcopi vel patroni, seu cujuscunque alterius non  
“ obstante, portio presbyteris ipsis sufficiens assignetur”. An Con-  
“ cilium de veris, propriisque parochis loquitur, statuitque illis neque  
“ ordinarias, neque novales decimas, sed sufficientem solummodo por-  
“ tionem assignandam esse? Concilium Londinense anno MCCLXVIII.  
habitum (z) statuit, ut universi religiosi exempti Cistercienses, & alii qui-  
cunque, qui ecclesiæ in proprios usus habent, si Vicarii non sint positi, in  
iisdem, infra sex mensium spatiū Vicarios præsentare Diæcesanis, qui eos  
instituere debeat, non omittant: quibus sufficientem assignare pro facultate  
Ecclesiæ studeant portionem. An Concilium de veris, propriisque  
parochis loquitur, statuitque illis non decimas, sed sufficientem por-  
tionem esse assignandam? Concilium Trevirense anno MCCCX. ha-  
bitum (a) præcipit, ut per locorum ordinarios deservientibus in ecclesiis  
parochialibus, & præcipue vicariis perpetuis competens portio assignetur. An  
Concilium de veris, propriisque parochis loquitur, statuitque illis non  
decimas, sed competentem portionem esse assignandam? Synodus Co-  
loniensis anno MDXXXVI. habita (b) perhibet “ Ecclesiæ cathedrales ac  
“ collegiatæ, itidem Monachi seu religiosi, qui Ecclesiæ parochiales,  
“ aut suis Ecclesiis vel Monasteriis unitas habent, aut regendas aliis  
“ committunt, aut præsentando committi procurant, adeo interdum  
“ omnem proventum emungunt, ut residui reditus, qui Rectoribus  
“ Ecclesiæ permittuntur, nimis tenues sint & exiles; Quamobrem  
“ nostræ curæ erit, ut tanta portio Rectoribus istis assignetur, unde  
“ jura Episcopalia solvere, & congruam sustentationem habere possint.”  
An de veris, propriisque parochis loquitur, statuitque illis non de-  
cimas, sed tantam portionem assignandam esse, ut jura episcopalia  
solvere, & congruam sustentationem habere valeant. Concilium Tri-  
dentinum (c) habet: *In parochialibus etiam ecclesiis, quarum fructus us-*

F

que

(z) CAN. XXIII. apud CABASSUTIUM cit. loc. pag. 538.

(a) CAN. XXII. Apud HARTZHEIM Concil. German. Tom. IV. pag. 134.

(b) PART. VIII. CAP. IV. apud BINIUM Concil. Tom. IV. Part. II.  
pag. 198. & HARTZHEIM Concil. German. Tom. VI. pag. 290.

(c) SESS. XXIV. de Reformat. Cap. 13.

que adeo exigui sunt, ut debitis nequeant oneribus satisfacere, curabit Episcopi per beneficiorum unionem, non tamen regularium, id fieri non possit, ut primitiarum, vel decimarum assignatione, aut per parochianorum symbola, ac collectas, aut qua commodiōri ei videbitur ratione, tantum redigatur, quod pro Rectoris, aut parochiae necessitate decenter sufficiat. An statuit parochis non decimas, sed congruam portionem esse assignandam? Annon potius, ut GUTIERREZ (d) advertit, de easu loquitur, quo alius seu clericus, vel laicus omnes prædiorum in Ecclesie territorio sitorum decimas; aut quandam decimarum partem percipit? Concilium Coloniense II. anno MDXLIX. habitum (e) mandat "Ubi Colle-  
 "gia vel monasteria, vel habentes dignitates, habent Ecclesiā pa-  
 "rochiales incorporatas, cum decimis, juribus & censibus, quas com-  
 "mittere soleant pastoribus vel perpetuis Vicariis, cum assignatione  
 "portionis fructuum regendas, si portio talis sit accisa, nec sufficiat,  
 "ut honeste ac decenter ex ea vivatur, ne caussa sit, cur anime ne-  
 "gligantur, aut deseratur officium, vel ad curas sordidas pastor ille  
 "pro vietu comparando adigatur: Mandamus & decernimus, ut justa  
 "portio secundum Reformationem ei de decimis Collegii vel Mo-  
 "nasterii bonis assignetur, sive per Episcopum loci, sive per ejus  
 "visitatores". An de veris, propriisque parochis loquitur, statuitque illis non decimas, sed congruam portionem esse assignandam?  
 Demum Concilium Moguntinum ejusdem anni (f) decernit: Paſto-  
 "ribus etiam & iis, qui curata beneficia obtinent, injungimus, ut Ecclesiā,  
 in quibus per consenſum Diæcesani instituti sunt, nec tamen eisdem per se  
 præſunt, vicarios idoneos, & canonice institutos præſificant, eisque pro suffi-  
 cienti vietu, portionem congruam de proventibus Ecclesiæ assignent. An de  
 veris, propriisque parochis loquitur, statuitque illis non decimas,  
 multo minus novales esse assignandas?

### ANTITHESIS LVIII.

**A**st, sic dissertator (g) instare amat, ex ipsis quoque Decretalibus sat liquer, parochum congrua provisum, ad decimas aspirare non posse.

(d) *Praet. Quæſt. Lib. I. Quæſt. 17. num. 3.*

(e) *MED. III. num. 10. apud BINIUM cit. Part. II. pag. 242. & CA-  
 BASSUTIUM cit. loc. pag. 668.*

(f) *CAP. LXXX. apud BINIUM cit. Part. II. pag. 265. & CABASSU-  
 TIUM cit. loc. pag. 671.*

(g) *Cit. §. 27. pag. 86. lit. a.*

posse. Etenim ALEXANDER IV. (h) diserte disponit "Ubi autem per hujusmodi concessiones decimarum parochiales Ecclesias adeo gravari contingit, quod earum Rectores de ipsarum redditibus con- grue sustentari, & commode jura Episcopalia exhibere non possunt: provideatur per locorum ordinarios, & ordinetur taliter, quod eisdem Rectoribus tantum de illarum relinquatur proventibus, quod exinde competentem sustentationem habere, & Episcopalia jura solvere valeant, aliaque onera debita supportare". Ita etiam est. Quid inde? Ergo, ut dissertator argumentari pergit, *a sensu contrario recte infertur, quod si rectori congrua adhuc salva sit, plus quid eidem haud debeatur.* Concedo totum. Quid porro? Ergo bonus dormitat Homerus. Ergo nasutus dissertator haud olfecit, Pontificem non de parœcis, & decimis novalibus in genere, sed in specie de casu locutum esse, quo decimæ novales ex specialiore concessione competunt aliis, seu clericis, seu laicis, qui juxta adductos canones rectoribus ecclesiastrium, sive vicariis congruam portionem assignare tenentur. Res ipsa tam clara est, ut nullo interprete, nullo commentatore, quorum immensus numerum sistere possemus, indigeat. Quocirca moras haud nectamus, sed properemus ad HONORIUM III. (i) Vesprinensi Episcopo respondentem: "Verum illorum paupertati paterno com- patientes affectu, & tibi etiam prout exposcit devotionis tuæ meri- tum, gratiam facere cupientes, fraternali tuæ, de qua plenam fiduciam obtinemus, praesentium auctoritate mandamus, ut si evi- dens necessitas, vel utilitas exigat, praebendas possis ejusdem Ec- clesiæ de Capellis in perpetuum annexendis eisdem, sicut discre- tione prævia expedire videris, augmentare, reservata congrua fin- gularum Capellarum presbyteris portione". Quis non primo in- tuitu videt, heic questionem esse non de veris, propriisque parœcis, sed de Capellarum presbyteris, seu rectoribus, seu vicariis; non de decimis ordinariis, ac novalibus, sed de bonis capellarum uniendis, reservata tamen congrua capellarum presbyteris portione. Quis ergo cum dissertatore concludet, parochum congrua provisum ad novales aspirare haud posse. Hinc & perperam appellatur CLEMENS III. (k) referens "Verum, sicut nobis querela multorum frequens insinuat,

F 2

"Reli-

(h) Cap. 2. §. 2. de decimis in 6.

(i) Apud GONZALEZ TELLEZ Cap. 33. X. de præbend. Conferatur Cap. 27. X. de Rescript. Cap. 3. X. de offic. Vicar. &amp; Cap. 12. X. de præbend.

(k) Cap. I. de præbend. in 6.

" Religiosi exempti de proventibus parochialium Ecclesiarum, in quibus jus obtinent patronatus, seu Rectorum praesentatio pertinet ad eosdem, tantum percipiunt annuatim, quod Rectores Ecclesiarum ipsarum non possunt de residuo commode sustentari, & episcopalia jura persolvere, ac alia incumbentia eis onera supportare, propter quod sepe contingit, quod non inveniantur personae idoneae, quae ejusmodi Ecclesias velint recipere, sive frequenter missus idoneis conferantur, ex quo pericula imminent animarum. Nos itaque volentes super hoc salubre remedium adhibere, praesenti decreto statuimus, & mandamus, constitutionem hujusmodi quoad omnes patronos Ecclesiarum, Religiosos tam exemptos, quam non exemptos, & alios inviolabiliter observari, consuetudine contraria non obstante. An enim Pontifex de veris, propriisque paroecis, annon dissertissime de religiosis exemptis, qui in ecclesiis parochialibus jus patronatus obtinent, statuit? An statuit de decimis tam ordinariis, quam novalibus, annon dissertissime de proventibus ecclesiasticis in genere, quorum tantam ministris ecclesiarum parochialium curam sustinentibus portionem subministrandam mandat, ut jura episcopalia possint persolvere, & congruam sustentationem habere. Occasionem, sive historiam hujus congruae, vel congruentis, vel sufficientis, vel competentis sustentationis, sive portionis VAN ESPEN (*l*) erudite, ut assolet, ita contexit "Quippe notatum fuit, quod circa saeculum X. & sequentia, passim Ecclesiae parochiales Canonorum & Monachorum collegiis incorporatae fuerint cum omnibus suis proventibus; tandemque contigerit, ut Canonicci ac Monachi plerique abdicata a se cura illarum parochialium Ecclesiarum, eam in Presbyteros, quos Vicarios dixerit, transtulerint, reservatis interim suis Collegiis & Conventibus Decimas, quae primario in sustentationem eorum, qui populo spiritualia seminant, cedere deberent, & ea intentione penduntur. Cum vero Ecclesia Decimas, aliosque proventus per hujusmodi incorporationes, aliо ve titulo ad Monasteria, Capitula, vel similia corpora, vel personas devolutas, Parochis, aliisque curam populi sustinentibus restituere non posset, sed pleraque collegia & Monasteria in Decimorum possessione, connivente tandem ac dissimulante Ecclesia, permanserint, ne defectu sustentationis Ministrorum, cura animarum negligatur.

(*l*) Tractat. de jure parochorum ad decimas Eccl. Cap. III. §. I. sive Opus emu, Part. IV. pag. 238.

negligeretur, ordinatum fuit, ut ex Decimis & Proventibus Ecclesiæ tantum ut minus detraheretur, & eorum possessores darerentur, quantum curæ animarum debitæ exercendæ requiretur,, Quis proinde fibi occini patietur, ea, quæ de rectoribus, seu vicariis ecclesiarum parochialium specialiter constituta sunt, ad ipsos quoque veros, propriosque parœcos refragantibus tot canonibus extendenda, atque in ipsorum odium, detrimentum, & invidiam detorquenda, adeoque parœcis congruam tantummodo portionem, episcopis contra omnes decimas tam ordinarias, quam novales una cum cunctis ecclesiarum proventibus assignandas esse?

### ANTITHESIS LIX.

**M**inime id etiam confirmatur diplomatibus a dissertatore (m) citatis, quorum unum (n) sonat "Sygfridus Dei gratia sanctæ Ecclesiæ Coloniensis Archiepiscopus sacri Imperii per Italiam Archicancellarius ad perpetuam Rei memoriam cognoscere veritatem; quanto sincerius dilectas in Xto Abbatissam, & conventuales Monasterii de Villicke Ordinis S. Benedicti nostræ Dieceesis diligimus, tanto libenter super his, quæ ipsarum protectionem, & utilitatem respiciunt, favorem eis benevolum impartimur; sane ex parte earundem nobis fuit humiliter supplicatum, quod, cum præbendarum redditus, & proventus, quos de bonis & possessionibus suis percipere consueverunt, propter rapinas rerum suarum, & hostilitates, invasiones graves, & multiplices essent adeo minorati, &

" facti

(m) Cit. §. 27. pag. 86. lit. b.

(n) Apud D. DE MEESS. in *Dissertat. de parochis in Germania præcipue Ducatis Juliac & Montium.* lit. B. Num. III. pag. 28. Bonnæ anno MDCCCLXXXI. Quo jure, quave auctoritate dissertator clarissimo suo præsidi Philippo Hedderich memoratain dissertationem adscribere ausit, haud capio; præcipue cum dissertatione nullum præsidis nomen præ se ferat. Sic quoque ADAMI MARTIN *Dissertatio de eo,* quod circa menses papales in Ecclesia nostra Colonensi, præcipue in ducatis Juliac & Montium justum est, nec non J. F. GUISEZ *Dissertatio de clero regulari beneficiorum secularium præcipue curatorum sine venia Episcopi absolute incapaci pariter nullo præsidis nomine superbiunt. Aut forte præses Serenissimi Electoris Palatini, qua Ducis Juliac, & Montium indignationem pertinuit, eaque de cauilla rectus ac tutus latitare maluit? Sic quoque jure dubitabimus, num præses dissertationis sit & parens dissertationis, totius* unus dissertatoris cornibus imponens.

" facti tenues & exiles, ut ex illis nequeant commode sustentari; &  
 " de Himmelgeist & Wittlere Ecclesiæ, in quibus obtinent jus pa-  
 " tronatus, essent abundantes in Reditibus, & proventibus, quod re-  
 " ditus eosdem, Presbyteris in iisdem Ecclesiis perpetuo servituris  
 " portione congrua, de qua commode sustentari, & alia incumben-  
 " tia eis onera supportare valeant, reservata, ipsi Monasterio ad sup-  
 " plendum defectum hujusmodi deputare authoritate nostra in sub-  
 " fidium dignaremur; nos earum in hac parte devotis precibus in-  
 " clinati, diligenti super his tractatu præhabito, consideratis confi-  
 " derandis, & observatis circa hæc observandis de consensu Archi-  
 " diaconi locorum eorundem duximus indulgendum, & redditus,  
 " & Proventus ipsarum Ecclesiarum dicto Monasterio incorpo-  
 " ramus in perpetuum, volentes Presbyteris inditîs locis perpe-  
 " tuo servituris congruam & competentem portionem, unde com-  
 " mode sustentari valeant de redditibus, & proventibus earundem Ec-  
 " clesiarum ab ipsis Abbatissa & Conventu assignari & deputari ita,  
 " quod eidem Presbyteris hospitalitatem servare cathedralicam, ju-  
 " ra Episcopalia, & archidiaconalia, & cætera onera, atque jura an-  
 " tiqua, & nova, quacunque occasione emergentia, quæ ipsas Eccle-  
 " sias respiciunt; commode valeant sustinere, statuentes etiam autho-  
 " ritate nostra, quod, quandocunque dictas Ecclesias ex nunc in an-  
 " te vacare contigerit, quoquo modo, et si vident in præsenti, quod  
 " idoneæ personæ præsententur ad dictas Ecclesias earum Archidia-  
 " cono instituendæ in eidem, qui pastoratus præfatarum Ecclesia-  
 " rum obtineant, Curas earundem recipient & habeant animarum,  
 " ac Residentiam in ipsis Ecclesiis faciant personalem, in cuius rei  
 " testimonium, & perpetuam firmitatem, ac authoritatem, & con-  
 " sensum præsentes literas sigillo nostro duximus roborandas, & nos  
 " Weckeboldus Maldt Decanus, & archidiaconus Coloniensis dictorum  
 " in Himmelgeist, & Wittlere Archidiaconalem consensum nostrum  
 " præmissis propter causas prædictas, quas ad hæc decernimus suffi-  
 " cientes, adhibentes sigillum nostrum in testimonium duximus suffi-  
 " cientes, adhibentes sigillum nostrum in testimonium duximus præ-  
 " sentibus appendendum, Nos etiam Abbatissa, & Conventus præ-  
 " dictus sigilla nostra in testimonium duximus præsentibus appen-  
 " denda, Datum & actum anno Domini Millesimo decentesimo-nona-  
 " gesimo decimo Kalend. Novembbris,, Archiepiscopus itaque ad-  
 ductis ex causis Monasterio de Villiche Ecclesiarum de Himmelgeist,  
 " & Wittlere, in quibus dictum monasterium jus patronatus obrine-  
 bat,

bat, redditus & proventus incorporavit, reservata presbyteris ibidem  
 perpetuo servituis congrua & competente portione. Annon Episco-  
 po cum Consensu Capituli, si evidens necessitas, vel utilitas exigat,  
 uni Ecclesiae alteram unire licet? Non dubitavit, qui jus canonicum  
 (o) vel primis libavit labii. Verum an ideo inferendum, vero, pro-  
 prioque parœco non nisi congruam portionem, contra episcopo om-  
 nes decimas tam ordinarias, quam novales una cum cæteris ecclesia-  
 rum proventibus esse assignandas? Non somniabit, nisi, non quo-  
 dam assentationis, aut novitatis studio, sed solo veritatis amore, ju-  
 risque dictamine impulsus dissertator, qui non erubescit simul invo-  
 care alterum diploma tenoris: (p) "Conradus Dei gratia sanctæ Co-  
 " loniensis Ecclesiae Archiepiscopus, sacri Imperii per Italiam Archi-  
 " cancellarius, omnibus, quibus hæ literæ præsentatae fuerint in per-  
 " petuum. Quia ex officio nostro circa illa tenemur solliciti reperiri,  
 " per quæ honor Religionis, & Religiosorum, sub regulari obser-  
 " vantia omni tempore viræ suæ Deo servientium, utilitas procu-  
 " rantur, eorundem precibus Religiosorum nos decet facilem præ-  
 " bere assensum, ubi vigor æquitati suadet & ordo exiguae rationis.  
 " Igitur cum Monasterium sancti Pantaleonis in Colonia propter  
 " Guerram tempore, quo nos pro obedientia & Reverentia Sedis  
 " apostolicæ usque ad vincula laboravimus, irrecuperabilem jaeturam  
 " quorundam bonorum suorum, in Diœcesi nostra constitutorum,  
 " sustinuisse, in tantum quod idem Monasterium de cætero non  
 " posset gratum, ut laudabiliter consueverat, pluribus exhibere ho-  
 " spitalitatis obsequium, & indigentibus impendere necessitatis sub-  
 " sidium, Hermannus Abbas devotus noster, & Conventus ejusdem  
 " Monasterii nobis humiliter supplicarunt, quatenus dicto ipsorum  
 " Monasterio, ne propter prædictam causam & propter alios casus  
 " molestos collaboretur, paterna digneremur sollicitudine providere.  
 " Quapropter attendentes sinceram devotionem, quam idem Abbas  
 " & Conventus dicti Monasterii circa Ecclesiam Romanam, nec non  
 " & circa personam nostram, & Ecclesiam Colonensem semper ha-  
 " buerunt; &, cum nostris beneplacitis paratissime sint expositi, ad  
 " multam ejusdem D. Abbatis, & aliorum bonorum pro eis suppli-  
 " cationem nobis factam, fructus trium Ecclesiarum, in Diœcesi Co-  
     " loniensi

(o) Conferatur CONCILIO TRIDENTINUM SESS. XXIV. de Refor-  
mat. Cap. 15. & BARBOSA Jur. Ecc. lib. III. Cap. 16. §. 2.

(p) Apud D. DE MEESS cit. Dissertat. sit. C. Num. II. pag. 30.

“ Ioniensi sitarum, scilicet Suchtele, Embe & Elsdorff, quarum jus  
 “ patronatus ad Abbatem dicti Monasterii pertinet, eisdem Abbatii &  
 “ Monasterio suo, cum ipsas Ecclesiasticas vacare contigerit, in Elemo-  
 “ finam perpetuo duximus concedendos ad hospitium & pauperum  
 “ sustentationem, ita tamen, quod Clerici dictarum Ecclesiasticorum perpe-  
 “ rui Vicarii, per Abbatem prefati Monasterii praesentandi, curam anima-  
 “ rum habentes, & ipsas Ecclesiasticas officiantes, competentem habeant susten-  
 “ tationem, & iidem praesentati nobis & successoribus nostris Archi-  
 “ episcopis super juribus nostris, & Archidiaconorum & Decanorum  
 “ respondeant de Ecclesiastis memoratis. Decernimus ergo, ut nullus  
 “ omnino hominum praedictam concessionem nostram saepe fatis Ab-  
 “ bati, & Monasterio sancti Panthaleonis in Colonia propter evi-  
 “ dentem necessitatem a nobis rationabiliter factam infringere, vel  
 “ ei temere contrariare praesumatur, alioquin si quid contra eam at-  
 “ temptaverit, nisi commonitus resipiscat, sententiam Excommuni-  
 “ cationis super his a nobis latam se noverit incurrisse; haec autem  
 “ nostra concessio ut rata & firma in perpetuum permaneat, pra-  
 “ sentem paginam exinde conscriptam saepe dictis Abbatii & Mona-  
 “ stero suo tradidimus, sigilli nostri munimine roboretur. Actum  
 “ & datum Mense Junio anno Domini MCC. quadragesimo sexto  
 “ Quis, queso, nisi erraticus dissertator inde eruerit, parocho non nisi  
 “ portionem congruam deberi, contra omnem decimationem, & redi-  
 “ tus ecclesiasticos ad episcopum pleno jure pertinere?

## ANTITHESIS LX.

**I**nterim dissertator (q) pergit nugari “ Ipsaque satis testatur expe-  
 “ rientia, parochos hodie vix non omnes, plus, quam con-  
 “ grua sustentatione sat opime esse provisos. Nulla igitur ratione ac  
 “ fundamento parochi nostri ad Decreta juris canonici communis  
 “ contra Episcopos Germaniae, decimisque ab iis investitos intuitu  
 “ percipiendarum novalium possunt provocare: exulatque in Germania  
 “ vulgaris illa omnium ferme Canonistarum, qui coecis quasi ocu-  
 “ lis textrui Decretalium inharent, ore toties decantata regula, quod  
 “ pro parocho ad percipiendas novales continuo stet juris praesumptio  
 “ Quid si dissertator vel solam Archidiocesin Colonensem permearet,  
 “ quot non offensurus foret parochos, qui congrua sustentatione de-  
 “ stituuntur?

(q) Cit. §. 27. pag. 86.

stituuntur? Saltim ego novi plures; quorum cophinus, fœnumque  
supplex. Hos ad dissertatorem mittam, quamprimum rescivero,  
eos dissertatoris ope sat opime providendos fore. At timeo summo-  
pere, ne dissertator impleat PIUM V. (r) statuentem, ut portio  
congrua nec major sit centum, nec minor quinquaginta scutorum  
annuorum, computatis omnibus etiam incertis emolumentis, aliisque  
obventionibus communiter percipi solitis. Hinc potius ambabus da-  
bo manibus, in Germania parochos vix non omnes plus quam con-  
grua sustentatione sat opime provisos esse. Num ideo nulla ratione  
ac fundamento ad decreta juris Canonici poterunt provocare? Quid?  
Episcopus (en dissipatoris (s) flosculos) iure divino constitutus est, ad  
regendam Ecclesiam Dei, ovesque pascendas. Parochus autem ab ipso in ad-  
jutorium vocatus, ejusque vicarius & minister. Sic me Diespiter juvet!  
Tales defenduntur theses præside Ss. Theologæ Doctore? At re-  
cordor Cl. D. LILIENDAHL (t) nuper scripsisse: *Quis non credit,*  
*bominem aliqua in Universitate vel Trevirorum, vel Agripinatum docto-*  
*rali insignitum esse laurea? Sed neutrum. Quid igitur Doctoris est?* Cu-  
cullaris

## G

(r) In Constitut. AD EXEQUENDUM. Data Kalend. Nov. MDLXVII.  
Conferatur BARBOSA in Collectan. in Concil. Trid. Seff. VII. de Refor-  
mat. Cap. 6. Num. 7. nec non VAN ESPEN in Tract. de Jure Paro-  
chorum ad decimas Cap. III. §. 3. live Oper. Omni. Part. IV. pag. 238.  
ubi monet "Cum itaque portionis congrua determinatio a Judicis arbitri-  
" "trio plurimum dependeat, primo attendere debet Judex tempus &  
" "locum. Nec enim ambigi potest, quin portio pro uno tempore &  
" "loco sustentationi Parochi, & Ecclesiæ necessitatibus sufficiens esse queat,  
" "quæ alio tempore & loco ab raritatem, aut caritatem annonæ mini-  
" "me sufficeret. Unde in Regionibus, in quibus est frumenti & vini  
" "caritas, & portio congrua in pecunia assignatur, inquit Rebuffus,  
" "magis augeri debet portio, quam in locis, ubi adest frumenti & vini  
" "abundantia Tract. de Portione congrua num. 76. Ulterius attendenda est  
" "Parochiæ amplitudo, & parochorum numerus, æquitas enim requirit,  
" "ut liberalius provideatur illi, qui plus laborare debet, quam illi, qui  
" "minus. Deinde numerus parochianorum, inter quos frequenter & pau-  
" "perum copia non deest, sua etiam secum onera trahit, quare Rebuffus  
" "loco citato n. 71. docet, quod in assignanda portione congrua conside-  
" "rari debeat beneficii locus, an sit frequens pauperum accessus ..."

(s) Cit. §. 27. pag. 87. lit. a.

(t) In Epistola critica in nuperam de testamenti fatione diatribam P. Edderich  
pag. I, Francofurti MDCCLXXXII,

*cullaris est.* Tales defenduntur theses præside librorum censore tam severo, ut omnes libros (*u*) ad perpetuas tenebras damnet, qui intolerabiles ejus heterocraneas, ardentesque papulas palam recenserent? At recordor, hunc teste UBALDO DE DUOBUS FRATRIBUS (*x*) non esse morem, normam, praxinque eruditorum. Mittamus jam corticem, & petamus arborem. Annon Apostulus (*y*) docet: *Qui bene præsunt presbyteri, duplice honore digni babeantur: maxime, qui laborant in verbo & doctrina.* Id est paraphraste HARDUINO (*z*): *Qui bene præsunt in Sacramentis administrandis plebi suæ presbyteri, sive parochi, duplice mercede digni babeantur: maxime vero ii, qui laborant etiam in prædicatione verbi divini, & plebe per conciones docenda.* Annon parochi sunt, qui juxta præceptum D. N. JESU CHRISTI (*a*) evangelium omni creaturæ prædicant, adeoque potissimum, ut Apostolus (*b*) testatur, ministerii partem implet. Annon parochi sunt, qui oves

(*u*) Ut mihi nuperime relatum est, Actæon interdixit bibliopolis Colonensis, ne porro JOSEPHI DE MEDIASTINIS censuram diatribes juris ecclesiastici specialissimi de testamenti faßione clerici Colonensis, illiusque forma, nec non epistolæ criticæ in nuperam de testamenti faßione diatriben Francofurti 1782. catalogo suo infererent, venditarentve. Quis caußæ hujus futurus sit exitus, librorum censor, qua contra omnes leges, canonesque in propria caußæ judex, forte cum Phrygibus sapiet.

(*x*) In Præfamine ad F. POLYCHRONII GASSMAN veterem circa jejunium Ecclesie disciplinam dissertatione historico-juridica a paradoxis F. Philippi Hedderich vindicatam pag. VI. Colonia Agrippinæ 1783.

(*y*) I. ad Timoth. 5. v. 17.

(*z*) In Comment. in Novum Testam. Paraphras. in cit. v. 17.

(*a*) MARC. XVI. v. 15.

(*b*) I. ad Corinth. 1. v. 17. scribens: *Non enim misit me Christus baptizare, sed evangelizare, ita, exponente HARDUINO in Comment. in Novum Test. Paraph. in cit. v. 17. ut id præcipue facerem, quod est per se officium presbyterorum vestrorum, hoc est, ut baptizarem, sed, quod est in Apostolico munere præcipuum, ut evangelizarem.* Cui inhærens S. CAROLUS BORROMÆUS in Prima Synodo Provinc. Ad. Eccles. Mediol. Part. I. pag. 2. ait: *Nos auditoratatem sacrosandi Tridentini Concilii, & veterum Patrum secuti, in Domino Episcopos hortamur, ut toto pectore in hanc curam incumbentes, greges sibi commissos ipsimet, præsertim in Ecclesia sua, verbo Dei pascant; Quod si levi de causa, aut quodam animi languore impediti, non fecerint, sciant, sibi prætermitti necessarii officii judici Deo præcipue rationem esse reddendam.*

oves originali labo foedas sacris undis abluunt? Annon parochi sunt, qui oves actualibus culpis onustas mortifero onere liberant? Annon parochi sunt, qui esurientes cœlesti pabulo reficiunt? Annon parochi sunt, qui desponsos connubio stabili jungunt, ac benedicunt? Annon parochi sunt, qui super ægros manus imponunt, eosque sacro ungunt oleo? Hæc minora non curat fastosus dissertator, sed persequitur: *Episcopus totius diœcœsos est pastor primarius, parochus contra modici districtus pro exigua rusticorum parte.* Optime omnino. Nescit enim bardus, dari parochos amplarum urbium pro millenis & millenis tam inferioris, quam superioris conditionis hominibus, queis conversari habent. Nescit pariter, canones non episcopo qua primario totius Diœcœsos pastori, sed vero, proprioque parœco, qui plebi suæ in administrandis sacramentis præest, decimas novales ad-dixisse. Hinc & velut intrepidus barophonus finit: *Episcopus ob ene-  
ra episcopalia atque status conditionem maximis indiget expensis: parochus si congrua sustentatione provisus sit, quid ultra expostulabit? nonne redditus superflui pro abusibus inservirent?* Iterum optime, immo si cum PLAU-  
TO componere fas sit, optimissime. Ergo non solum decimæ no-  
vales, sed & omnes superflui redditus parocho admantur, utpote  
qui abusibus inserviunt. Sed annon tum quoque episcopus super-  
fluis reditibus ditesceret, qui abusibus inservirent. Heic ego lippis,  
tonsoribusque nota non surdo cantabo, sed insignem hominis pu-  
dorem taciturnissimus obstupebo, meditaborque illa HINCMARI  
REMENSIS Archiepiscopi (c) verba: “Ipse (Episcopus) non  
“habet sufficientiam rerum ac facultatum, quibus in ea hono-  
“rabiliter possit subsistere; unde se conatur excusare, inde ma-  
“gis videtur accusare, & cupiditatis atque cauterio ambitionis  
“inurere, qui plus possessiones terrenas, quam animarum lucra vi-  
“detur adquirere. Debuerat enim in mente habere, quod Spiritus  
“Paulo dixit, ut non exiret de civitate, in qua ei multus popu-  
“lus erat, sed constanter prædicaret. Qui enim scit, utrum multi  
“de paganis illis, qui in eadem civitate habitant, sint a Deo præ-  
“destinati ad vitam, qui per prædicationem ejus oris & operis con-  
“verti poterant, & ubi Christiani sunt, salvari valerent, si in ea

(c) *Opusc. 8<sup>o</sup> Epistol. XLV. Cap. 16. sive Oper. Tom. II, pag. 756. Lute-  
tiæ Parisiorum MDXLV, curante SIRMONDO,*

“ maneret, etiam si necessitas eum ibidem taliter manere cogeret,  
 “ sicut Paulus se mansisse apud Corinthos dixit, *Ego, inquiens, in*  
~~at infirmitate & timore & tremore multo fui apud vos. Legat igitur de-  
 “ cimam quartam beati Gregorii homiliam ex lectione sancti Evan-  
 “ gelii, *Ego sum Pastor bonus, & inveniet, qualiter, ac quantum ab*  
~~auctoritate & suo ordine deviaverit.~~ Sed & scandalum in Ecclesia  
 “ misit, sicut & quidam Episcopi, etiam a longe præcedentibus  
 “ temporibus, scandalum pro sua quiete & voluptatibus in Eccle-  
 “ siam intromiserunt.”~~

## ANTITHESIS LXI.

**N**ondum satis.

*Sicelides Musæ, paullo majora canamus. (d)*

Imprimis abunde constat, primævam bonorum communionem a cle-  
 ro multis seculis adservatam, vi cuius episcopi, qua supremi dispen-  
 satores, (e) omnes redditus ecclesiasticos administrabant, & vel per se,  
 vel per presbyteros, aut diaconos distribuebant, tandem desueuisse,  
 indeque divisionem pullulasse. Constat pariter hancce divisionem ne-  
 que eodem tempore, neque eodem modo, neque aliquo conciliari  
 decreto, sed paulatim introductam esse. Primum ortum suum, ut  
 doctissimus BINGHAM (f) observat, habere videtur a privatis ec-  
 clesiistarum fundatoribus, qui clericis in ecclesiis, quas ædificaran-  
 ministrantibus habitationem cum prædiorum debita portione ad alen-  
 dum

(d) VIRGILIUS *Bucol. Eccl. IV. v. I.*

(e) Sic *Can. Apostol. 40.* dicitur: “Præcipiimus, ut Episcopus res Ecclesiz  
 “ in potestate habeat. Nam si pretiosæ hominum animæ fidei ejus com-  
 “ mittendæ sunt: multo utique magis oportuerit & de pecuniis manda-  
 “ tum dare, ut illius arbitratu dispensentur, neque non cum timore Dei,  
 “ summaque sollicitudine per presbyteros ac Diaconos erogentur in pau-  
 “ peres. Percipiat autem & ipse (si modo indiget) quantum ad necessa-  
 “ rios suos, & hospitio exemptorum fratrum usus opus habet, ne quo  
 “ modo ipse posteriore loco habeatur, quam ceteri. Ordinavit enim  
 “ lex Dei. ut qui altari inserviant, de altari nutrientur: quomodo nec  
 “ milites unquam suis annonis arma hostibus inferant.

(f) *Originum Ecclesiast. Vol. II. Lib. V. Cap. 6. §. 5.*

dum eos distinctam expendebant, & hoc pacto jure patronatus muniebantur, ut clericos, quos vellent, denominare, eisque ecclesiarum redditus, quies eas ditarant, adsignare possent. Dein distincto in certas parochias populo, unicuique parochiae sui proprii, peculiaresque assignati fuerunt clerci, quies fixa præbenda, seu portio fundorum, decimarumque, unde ipsimet proventus reciperent, dari solebar, ita tamen, ut res Ecclesiæ jure beneficiario clericis tantum ad vitæ tempus concessæ censerentur; post mortem vero ad plenam Episcopi dispositionem reverterentur, adeoque presbyter defuncti successor eius de manu Episcopi precario, & quasi liberalitate recipere teneretur. Cum post & id incommodum videretur, cœperunt singulæ ecclesiæ jus percipiendi proventus intra limites suos suis presbyteris independenter ab episcopo vindicare, & jus percipiendi jam non personis, sed ecclesiis, seu titulis annexetere, ita, ut qui titulum haberet, jus quoque percipiendi fructus ex bonis titulo annexis conqueretur. Disciplina hæc testibus VAN ESPEN (g), & RUPPRECHT (h) tandem universaliter obtinuit, invaluitque juris axioma, quod parochi habeant fundatam intentionem ad percipiendas decimas, oblationes, aliosque proventus intra fines suarum respective ecclesiærum provenientes. Jam fare, num disciplina universaliter recepta, numve usu frequens juris axioma decimas novales exceptit, solisque episcopis reliquit? Qui hujus rei testes cœvi, omniq[ue] exceptione majores? Dabimus lubenter dissertatori tempus, illos perquirendi.

## ANTITHESIS LXII.

**A**c dein cum laudaris VAN ESPEN (i) & RUPPRECHT (k) notabimus, alteram quoque divisionem, quæ tamen posterior & recentior est, evenisse, dum episcopi & capitula bona dividere cœperunt. Huic postmodum successit bonorum capitularium inter ipsos divisio, qua singulis canonici sua præbenda assignata fuit, quæ divisio invaluit, dum canonici deserta vita communi, ad vitam singularem

(g) *Jur. Ecclesiast. Part. II. Tit. XVIII. Cap. I. num. II.*

(h) *In Not. Histor. in Univers. Jus Canon. Lib. III. Tit. V. §. I. num. 10.*

(i) *Cit. Part. II. Tit. XXXII. Cap. 6. num. 19.*

(k) *Cit. §. I. num. 14.*

larem transiere, de quo transitu TRITHEMIUS (l) non adeo propitio calamo memorat "Hoc tempore Heinrico Trevirorum Archi-  
" episcopo mortuo, Theodericus de Moguntia successit, sub quo ca-  
" nonici majoris Ecclesiae sancti Petri, qui a primo fundationis sue  
" tempore sub certa regula in communi usque in prescriptum tem-  
" pus vixerunt, abjecta pristinæ conversationis norma defierunt esse  
" regulares, distributionibus inter se factis præbendarum; & qui prius  
" more Apostolorum omnia habuere communia, cœperunt jam dein-  
" ceps singuli possidere propria. Quorum exemplum postea secuti  
" plures Canonici, sicuti sancti Paulini apud Treviros, sancti Casto-  
" ris in Confluentia, S.S. Martini & Victoris Moguntiæ, in Wor-  
" matia quoque & Spira de communi ad propriam vitæ rationem  
" descenderunt, quod ideo fieri potuit, quia in multis tempore mul-  
" ta mutantur." Jam iterum fare, dum dicta divisio episcopos inter,  
& Capitula facta fuit, num episcopi sibi solis omnes novales reser-  
varunt? Num capitula tam cathedralia, quam collegiata, licet deci-  
mis ordinariis potita, episcopis omnes novales cesserunt? Quis pro-  
bationes, instrumenta, testes, ac presumptio[n]es erit allaturus?

### ANTITHESIS LXIII.

**D**emum, ut supra (m) jam tum audivimus, Jus Canonicum, a quo  
scribuntur, in Germaniam penetrans, adeo invaluit, ut integrum De-  
creti, Decretaliumque Corpus (n) reciperetur, atque in publico or-  
dinum conventu (o) confirmaretur. Ubi itaque recipiebatur, quis Ar-  
chiepiscoporum, episcoporumve surrexit, dixitque, canones de deci-  
mis, & præcipue novalibus statutos non esse recipiendos, sed exclu-  
dendos? Dum a FRIDERICO II. (p) cum Statibus Imperii anno  
MCCXXXVI. sanciebatur: Wir gebieten auch vestiglich, daß man in  
allem

(l) In Chronic. Hirsaug. Tom. I. pag. 116. MONASTERII S. GALLI MDCXC.  
(m) Antith. XXVII.

(n) HEINECCIUS Histor. Jur. Lib. II. §. 124. pag. 1066.  
(o) CL. D. VAN DER HOOP in Dissertat. de necessario Romani Juris, &  
subinde quoque Canonici Juris in Hollandia studio. Cap. V. pag. 156. Ha-  
gæ Comitum MDCLXXIX.

(p) CAP. XV. apud GOLDAST Reichs-Sagungen Th. II, Bl. 191

allem Römischen Reich an geistlichen Dingen nach Gebott, und nach Rate der Erzbischöffe sich habe, und welcher Bischoff oder Erzpriester nach geistlichen Recht richtet. Wer darwider ist, den soll man haben vor einen unglaublichen Mann; quis Archiepiscorum, episcoporumve surrexit, dixitque, doctrinam de decimis, & præcipue novalibus esse excipendam? Dum a RUDOLPHO I. (q) in Recessu Imperii Wurcebursensi de anno MCCLXXXVII. & Spirensi de anno MCCXCII. repetebatur: Wir gebieten och vlißlich, daß man in allem Römischen Riche an geistlichen Dingen nach Gebott und nach Rate der Erzbischöve sich habe, und der Bischof und der Erzpriſtere nach geiſtlichem Rechte. Und wer das wider ist, den sol man han für ein ungelobten Mann; quis Archiepiscorum, episcoporumve surrexit, dixitque, disciplinam de decimis universaliter receptam esse lemovendam? Dum a FERDINANDO III. (r) anno MDCLIV. decernebatur: So sollen auch Unsere kāyserl. Wahl Capitulation, alle Reichs-Abschied, Cammer-Gerichts-Ordnung, Münster-und Osnabruſſischer Frieden-Schluf, Reichs-Matricul, concordata Nationis Germanicæ, Corpus Juris Civilis & Canonici und der Stände Privilegia, auf der Reichs-Hof-Rathss-Tafel, damit man sich deren in zweifelhaftigen Fällen gebrauchen könne, stets vorhanden seyn, und von selbiger nicht verrückt werden; quis Archiepiscorum, episcoporumve surrexit, dixitve, non admittendum, sed rejiciendum esse notissimum juris axioma, quod parochi habeant fundatam intentionem ad percipiendas decimas tam ordinarias, quam novales intra fines ecclesiistarum suarum provenientes? Quo igitur fuso fingi poterit, vulgarem, totiesque decantatam canonistarum regulam in Germania exulare?

### ANTITHESIS LXIV.

Quem dissertator sive studio, sive incuria omisit, colophonem nobilis Collega DURR (s) addidit, videlicet universalem Germaniae consuetudinem, ac supremorum Imperii Tribunalium, & judiciorum ecclesiasticorum praxin.

*Ab Corydon, Corydon, quæ te dementia cepit?  
Semipusata tibi frondosa vitis in ulmo est. (t)*

Si

(q) Apud LEHMANN Speyrischer Cronic Buch V. Cap. CVIII.

(r) Reichs-Hofraths-Ordnung Tit. VII. §. 24.

(s) In Dissertat. de Parochio a percept. decimi. noval. §. XXVII. & XXVIII. apud D. Consiliarium intimum SCHMIDT. Thes. Jur. Ecclesiast. Tom. VI. pag. 79.

(t) Bucol. Ecl. II. v. 69, & 70.

Si FÜNSTERWALD (u) ex eoque GRENECK(x) testatur, parochos  
 in terris Austriae, & Bohemicis a decimis novalibus exclusos esse;  
 num unicus testis, alter enim ex alterius ore loquitur, universalem  
 non tantum Austriae, ac Bohemiae, sed etiam totius Germaniae con-  
 suetudinem testificari poterit? Ad haec nuperrime adhuc D. GMEI-  
 NER (y), cuius *Institutiones Juris Ecclesiastici* anno priore Viennae, &  
 Graecii prodierunt, scripsit "Quæ jure Austriaco sit differentia inter  
 novales proprie, & impropre tales, & cuinam hæ, & illæ, & a  
 quo tempore debeantur, ita in Corp. Jur. Eccl. Austr. §. 5. sub  
 rubric. Zehend determinatur: Die Neubrûche, und Neugereithe wer-  
 den genennet diejenigen Gründe, alda zuvor weder Furch, Strang, noch  
 Kräften gesehen, auch nie was angebauet gewesen. Die Aufbrûche aber  
 jene Gründe, welche vorhero zwar angebauet gewesen, aber kurz oder  
 lang hernach in einen andern Bau verkehret worden. Was nun die ers-  
 ten, nemlich die Neubrûche, und Neugereithe anbelanget, sollen dieselbe  
 den geist- oder weltlichen Zehenderren, welche auf diesem Grunde die  
 Zehendgerechtigkeit haben, wenn solche zu Aecker gebauet worden, die  
 ersten fünf Jahre, da sie aber zu Weingärten ausgesetzet würden, die  
 ersten 8. Jahre keinen Zehend, sondern erst nach Verfließung derer den-  
 selben zu reichen schuldig seyn. Die andre, als nemlich die Aufbrûche,  
 wenn sie über 10. Jahre od gelegen, sollen die Aecker drey, die Wein-  
 garten sechs frey Jahre haben. Da aber auf einem ganz freyen ein Neu-  
 gereith gemacht würde, ist man davon keinen Zehend zu geben schuldig."  
 Ergone jus particulare salutabitur hodie universalis Germaniae con-  
 suetudo, vi cuius novales decimæ episcopis competit? De Bavaria  
 dein Ingolstadianæ Universitatis quondam professor FRIDERICH (z)  
 jam dudum notavit "Major est difficultas, quam hic ingerunt Sta-  
 ruta Bavar. tit. 28. art. 13. ubi dicitur: Von denselben (Neubruch)  
 gehert der Zehnd die drey erste Jahr einem Pfarr-Herrn desselben Orths,  
 aber folgends dem, der sonst dem Zehend der Enden hat. Quæ Dispo-  
 sitio videtur Juri Canonico direkte esse contraria, ut ibidem obser-  
 vat Illustriss. D. Schmid, beneque addit, ac ex antiquiore editione  
 probat, esse potius declaratoriam antiquæ consuetudinis, quam po-  
 sitivam

(u) Lib. III. Obs. 138.

(x) Exam. Jur. Canon. Tit. de decim. Quæst. XI.

(y) Cit. Instit. Tom. II. §. 416. Schol.

(z) Quæst. Canon. de decim. Quæst. VIII. num. 398.

" sitivam & præceptivam. Et revera ejus commentatores ad consue-  
 " tudinem duntaxat, & Ecclesiasticorum tolerantiam configunt: Be-  
 " ne prorsus, si decimator, ad quem illæ post triennium devolvun-  
 " tur, sit Ecclesia, cum huic vi præscriptionis vel consuetudinis jus  
 " decimandi in aliena Parochia competere possit: male vero, si de  
 " laicis, de quibus tamen æque, ac de Ecclesiis illa decisio loquitur:  
 " nam laicis nulla consuetudo, vel præscriptio, ac Parochorum in-  
 " dulgentia patrocinatur, nisi eas habeant ab Ecclesia privilegio vel  
 " in feudum concessas. Itaque solum supereft, ut dicamus, ex con-  
 " fuerudine immemoriali præsumi, quod illæ decimæ a SS. Pontifice  
 " ad laicos sint devolutæ. Cui responsioni favent ea, quæ infra di-  
 " centur de præsumptione privilegii ex laicorum immemoriali usu  
 " juris decimandi. Hinc vero consequens est, quod si quis probare  
 " posset, laicos jus decimandi novalia sine privilegio usurpare, sta-  
 " tutum illud vim non haberet,. Cum porro, Franconiam, Sue-  
 " viam, universum tractum Rhenanum, nec non diœceses Moguntinam,  
 Trevirensim, Colonensem, Wormatiensem, Spirensim, Argentoraten-  
 sem, & Constantiensem quod attinet, novaturiens DURR nullum testem  
 denominarit, neque etiam supra(a) productorum reprobatorialium re-  
 petitione erit opus.

## ANTITHESIS LXV.

Hinc ad supremorum Imperii tribunalium, & judiciorum ecclesiasti-  
 corum praxin, quam allegati Jureconsulti egregrie canunt. Ita  
 namque KLOCK (b) "Si vero libellus inspicitur in initio, quo actor  
 " allegat se esse Parochum in Ritzingen, & ideo ad ipsum omnes  
 " spectare decimas. Item dum dicit, quod decimæ novalium ad Pa-  
 " rochos locorum, de quibus procedunt, spectant ". Ita, velut Saul  
 inter Prophetas, Belgicus CHRISTINÆUS (c) "Decimæ vero nova-  
 " lium cum sint instar aliarum prædialium, teste Canisio in tract. de  
 " decim. c. 8. Parocho loci competunt. c. Quoniam 13. de decim. Et  
 " ita diversis arrestis Galliæ judicatum fuisse, contraria etiam posses-  
 " sione, & pacto cum Prædecessoribus Parochi innito, non obstante

H

" tradit

(g) ANTITH. LI.

(b) Vot. Camer. Relat. LXX. num. 28.

(c) Desis, Vol. II. Desis. 26. num. 6.

★ ★ ★

“ tradit Papo lib. I. tit. 12. arr. 13. & Char. lib. I. resp. 27. quam  
 “ quam interdum, ubi primitivus concurreret Parochus, aliave justa  
 “ causa subesser, decimæ novalium divisæ fuerint, teste eodem Pa-  
 “ po d. loco arr. 7. & 11. Quando autem ager novalis inter duas  
 “ Parochias situs est, utrique pro ratione limitum partes decimatarum  
 “ cedent, teste Rebuff. in tract. suo de decim. Quæst. 14. numer. 4.  
 “ & Canis. tract. eod. cap. 11. numer. 4. Si vero talia exurgant no-  
 “ valia, quæ extra fines parochiæ sunt, harum decimæ ad Episco-  
 “ pum loci spectabunt,. Ita BOEHMER (d) Bevorab an denen Orten,  
 wo aus den Wiesen kein Zehnd gezogen wird, als wodurch sie nicht im-  
 munitatem absolutam, sondern nur secundum quid erhalten, dergestalt,  
 daß wenn die Wiesen beackert werden, alsdann der Zehnd-Herr davon die  
 intentionem fundatam exigendi decimas zu haben scheinet, zumahl der  
 noval Zehnd dem Zehnd-Herrn regulariter gebühret c. 25. X. de decim.  
 ex edit. GONZALEZ. auch diejenigen keinen Grund haben, welche die  
 novales dem Landesherrn zuschreiben. Ita LUDOLFF (e) “ Novales de-  
 “ cimæ h. e. de agris ad culturam redactis jure Pontificio debentur  
 “ Parocho, ad quem decimæ reales spectant, ita, ut Parochus tiru-  
 “ lo universali & indefinito ad decimas nitatur, Dassel. Erotet Jur.  
 “ Canon. hoc tit. quæst. 10. Adde Lyncker. In Analeft. 2<sup>o</sup> Volum. I. re-  
 “ spons. 170. Et in regionibus, ubi regnant sola Ecclesiæ Romanae  
 “ sacra, hæc res parium habet difficultatis. Ubi vero Augustanæ Con-  
 “ fessionis sacra vigent & quidem sola, accidit interdum, ut Paro-  
 “ chi, opinione erronea juris Pontifici ducti, controversiam moveant  
 “ de Novalibus,. Ita GRUPEN (f): Ich bemerke bey obiger Urkunde,  
 daß der Rott-Zehndte, Decimæ Novalium, Decimæ cœnlaborationum,  
 nach gemeinen Rechten, so wohl jure canonico als jure capitularium,  
 der Kirche gehöret, und dem Bischof juxta normam canonum als einem  
 Dispensatori Ecclesiastico, v. Epistola Abbonis apud MABILLON  
*Annal. Bened.* L. I. Tit. IV. pag. 111. darüber allewege die Disposition  
 zugestanden worden. Ita tandem STRUBEN (g): Aus dem bisher gesag-  
 test

---

(d) Consultat. Tom. III. Part. I. Dec. 58. num. 11. Contra Tom. I. Part. I.  
 Resp. 4. quod DüRR allegavit, de decimis novalibus nihil omnino con-  
 tinetur.

(e) Observat. Forens. Tom. I. Observ. 77. num. 4.

(f) Origin. Hanover. Cap. VII. §. 4. pag. 281.

(g) Nebenstunden Th. V. Abh. 35. §. 12.

ten folget nun 1.) daß, wenn eines Zehndpflichtigen Dorfs gemeiner Anger oder Holzung ausgebrochen, und saadig gemacht worden, der Zehnde aus selbigen der Clerisey gebühret, wenn sie der ordentliche Zehend-Herr ist. Wäre aber 2.) ihr Recht einem Läyen übertragen (welches im Zweifel zu vermuthen, so oft von Aleckeren die Frage entsteht, deren Eigenthum dem Zehn-Herrn nicht zukomt, alsdann mögen weder die Eigenthümer des Neubruchs einiger Zehndstreyheit, noch der Landes-Herr des Rottzehenden sich anmassen, sondern es könnten nur die Bischöfe solchen vermöge des Cap. 25. X. de Decimis binnen den Grenzen ihres Sprengels fordern. Nachdem jedoch im Instrumento Pacis Westphalicæ art. V. §. 47. folgendes versehen: Quæ fundationes prima die Januarii anni 1624. in possessione vel quasi juris decimandi e bonis novalibus in alieno territorio fuerunt, sint etiam in posterum; nihil autem novi juris queratur. Inter cæteros statum Imperii & subditos id juris esto, quod jus commune, vel cuiusque loci consuetudo & observantia de decimis ex bonis novalibus constituunt, aut per pactiones voluntarias conventum. So fällt in Evangelischer Herren Landen der Catholischen Bischöfe Anspruch aus besagtem Cap. 25. ganz hinweg, sie könnten dann den erforderlichen Beweis beybringen. Dem Landes-Herrn kommt solche Verordnung nicht zu statten, weil ihm das Bischöfliche Recht im Friedens-Schluss keinesweges übertragen, sondern es bey den gemeinen Rechten gelassen worden, vermöge welcher denselben kein Rott-Zehnde gebühret, wenn er ihn nicht hergebracht hat. En praxin supremorum Imperii tribunali, & judiciorum ecclesiasticorum methodo, ut ajunt, mathematica demonstratam, immo & demonstratissimam, quam R. P. WOLFF-GANGUS SCHMITT (b) collaudat, neque inspectis, neque examinatis productorum testium attestationibus.

Nunc tantisper supersedeamus. Tota enim theatri facies venit,  
IMNUTANDA.

---

(b) Institut. Jur. Ecclesiast. Lib. III. Tit. L. §. 10. lit. n.

---

